

**IO. DOMINICI COSCIA  
IVRISCONSULTI,**

**COMITIS PALATINI,**

**ET IN ALMO NEAPOLITANO GYMNASIO  
Iuris Professoris Primarij,**

**Responsum Miscellanicum**

**NOVEM QVÆSTIONES  
CONTINENS.**



**NEAPOLI,**

---

**Apud Robertum Mollum MDCXXXVIII.**

---

**SVPERIORVM LICENTIA.**



Ill.<sup>mo</sup>, atq; Ampl.<sup>mo</sup> Viro  
**M A T T H I A E**  
**C A S A N A T A E**  
SVPREMO A LATERE CONSILIARIO,  
REGIAMQ; CANCELLARIAM REGENTI,  
ATQ; ANNONÆ PRÆFECTO.

*Io. Dominicus Coscia S. P. D.*



Lucubrationes istas<sup>1</sup>, miscel-  
lanei operis è domesticæ  
exercitationis umbra in  
Solem, ac Lucem proditu-  
ras, cui potissimum dedica-  
rem, inscriberemque, Vir  
amplissime, quam tibi &  
qui præstanti iurisprudencia sapientia præ-  
ditus, atque ad summos fori, Curiaque ho-  
nores, & ad amplissimę Togæ splendorem,  
iampridem euectus nonnisi rei literariæ bo-  
no, cunctos sapientię studijs operam nauan-  
tes benignitate tua foues pariter, ac tueris,

2 2 at

at enim magno mihi opere verendum erat,  
tanti Viri acri ingenio pollentis, ac singulari  
eruditione præstantis subire iudicium, sed cum  
mihi subeundum alicuius esset, mecum tacitus re-  
putans, eum tandem deligere statui in itis rationi-  
bus, qui posset sapientissimè iudicare, natura fa-  
ctus, & consuetudine ipsa exercitus, perito-  
rum censuræ subijci malle, quam laudibus im-  
peratorum extolli. Singularis igitur sapientia  
tua me impulit, pellexit humanitas, ac suavi-  
quidem vi coegit amoris erga te mei vinculum,  
ac fidei vetus veluti sacramentum, quo obstrin-  
gor patrociniū tuum, quo fretus typis excu-  
dendos commisi labores meos, conciliabit illis  
authoritatem non modicam, ac si navis illa Cæ-  
sarem vehens inani præcepto tumescentium vir-  
darum aggeres contemnere iubebatur, liber hic  
in ipsa fronte operis inscriptionem nominis tui  
præferens obrectatorum calumnias iure opti-  
mo non expauescet, atque in ipsa litium disce-  
ptatione aduersariorum scopulos præteruchetur  
incolumis, id voueo, ominorque meritissimi,  
nam tuis sub auspicijs non nisi fausta canere, mi-  
hi fas est. Vale,

IN-

# INDEX QUESTIONVM.

## QVÆSTIO PRIMA.



N qua de fideicommissi extinctione agitur. pag. 4

## QVÆSTIO II.

Vtrum auus habeat vsufructum in bonis aduentitijs nepotum, & quid si bona ipsa sint subiecta fideicommissis, & an in dubio nepos presumatur esse in potestate aui. pag. 24

## QVÆSTIO III.

An pater, vel auus, vti legitimus administrator bonorum filij, vel nepotis, sine decreto bona ipsa alienare valeat. pag. 27

## QVÆSTIO IV.

An procurator promittens sui principalis ratificationem, ea non sequuta invalidetur actus, in præiudicium, cum ipso procuratore contractantis. pag. 32.

## QVÆSTIO V.

An filius minor obligans se pro patre, ex capite restitutionis in integrum, obligationem annullare valeat. pag. 40.

QVÆSTIO VI.



# **Index quæstionum.**

## **QVÆSTIO VI.**

**An filius minor soluens debita patris, vel se obligans soluere, ex capite conditionis indebiti solutum repetere valeat, vel obligationem annullare.** pag. 45.

## **QVÆSTIO VII.**

**An filius diues teneatur soluere pecuniam mutuam patri pauperi, si ex pecunia ipsa filius sit alitus.** pag. 52.

## **QVÆSTIO VIII.**

**Vtrum salarium creditori debeat, cui à debitore nomina, & redditus fuerint assignati.** p. 57

## **QVÆSTIO IX.**

**Vtrum pacta dotalia, quoad successionem acquirendam, vel amittendam, valeant.** p. 64.

Imprimatur.

Alexander Lucianus Vicarius  
Generalis.

Io. Dominicus Aulifius Can. Dep.

---

Illustrissime, & Excellentissime Domine.

**P**erlegi iussu Vestrae Excellentiae, doctissimum Respon-  
sum Miscellanicum solertissimi viri, ac. **B. C.** praestan-  
tissimi Io. Dominici Colciae, Iuris Canonici in Almo  
Studio Neapolitano antecessoris, atque Comitis Pala-  
tini; & cum in eo nil controuersum inspexi, sed com-  
mendatione potius dignum voti sum, vt pro communi  
Reipublicae commodo, ac iuris professorum placito  
typis dari posse, accedente tamen beneplacito Excel-  
lentiae Vestrae, cui longeuos, & felicissimos dies pre-  
cor. Datum Neapoli ex edibus nostris die septimo  
mensis Iunij 1638.

Excellentiae Vestrae

*Aditissimus seruuulus*  
*Io. Bapt. de Thoro I. C. Neap.*

Visa suprascripta relatione Imprimatur

Tapia Reg. Brancia Reg. Casanate Reg.

Humanissime Lector, in his  
Responsis Miscellanicis, ea im-  
pressoris lapsu, aliquæ in con-  
structione dictionum mendæ re-  
periuntur, quas Author maiori-  
bus occupationibus impeditus,  
emendare non potuit; emendet  
humanitas tua.

# Respons. Miscellanicum. I

## S V M M A R I V M.

- 1 *Dictio, si, conditionem importat.*
- 2 *Substitutio deficit, si conditio in ea adiecta deficiat.*
- 3 *Idem dicimus, in quacunque alia dispositione.*
- 4 *Paria sunt, actum non facere, & sub conditione facere, si conditio non extat.*
- 5 *Conditionem adiciens in fideicommissis, illud adhibere ce. setur sub contraria conditione.*
- 6 *Natura conditio nis est, ut retrahatur, & habet oculos retro ad tempus dispositionis.*
- 7 *Conditione in prima substitutione adiecta deficiente, omnes alie sequentes substitutiones, & clausula pereunt.*
- 8 *A primordio tituli, posterior formatur euentus.*
- 9 *Talia sunt subiecta, qualia predicata demonstrat.*
- 10 *Explicatur, quomodo intelligitur illa propositio, caducato primo gradu substitutionis, sequentes substitutiones non caducari.*
- 11 *Quando gradus substitutionis, aliqua conditio caduci vocantur, caducato primo gradu, caducantur omnes.*
- 12 *Extenditur primo, siue conditiones sint necessariae, siue voluntariae, siue casuales.*
- 13 *Secundo extenditur, etiam si in substitutione conditionaliter facta adijciatur clausula semper, & in infinitum, vel alia verba, verba perpetuitatem denotantia.*
- 14 *Tertio extenditur, etiam si ex urgentissimis coniecturis constet, ob rationem agnationis conseruandae, substitutiones esse factas.*
- 15 *Quarto extenditur, ut a fortiori habeat locum, si substitutiones per viam continuati sermonis fuerint factae.*

## 2 Io. Dominici Coscia

- 16 *Natura dictionis, & est restringere copulata, ad uniformem interpretationem.*
- 17 *Natura dictionis, & etiam est, ut equalitas terminorum concurrat.*
- 18 *Licet propriè loquendo, appellatione nepotis, non veniat filius ex fratre, tamen si cum fratribus, nepos cum conditione, & ponatur, bene venit.*
- 19 *Dictio, similiter, importat similitudinem ad præcedentia.*
- 20 *Licet, inter usum, & habitationem, differentia constituitur, tamen, in legato usus habitationis, & similiter legata habitatione, dictio ipsa similiter, legatum usus habitationis, ad legatum habitationis restringit.*
- 21 *Conditio, nihil ponit in esse.*
- 22 *Qualitas adiecta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi.*
- 23 *Proximiorum nomen, collectivum non est, et explicatur diffinitio nominis collectivi.*
- 24 *Nomen familia, est nomen collectivum.*
- 25 *Cognatorum nomen, collectivum est.*
- 26 *Idem dicimus, nomine liberorum.*
- 27 *Descendentium nomen, collectivum est.*
- 28 *Proximioribus cognatis vocatis, & illis admissis, omnes alij sequentes excluduntur.*
- 29 *Appellatione propinquorum, veniunt propinqui, qui tempore adventus conditionis proximiores sunt, & alij sequentes excluduntur, si illi proximiores fideicommissum acceptaverint.*
- 30 *Verba testatoris, eo modo interpretantur, prout verba legis.*
- 31 *Substitutio, facta per hæc verba, vos ad inuicem substitui, fideicommissariam substitutionem non continet.*
- 32 *Quando agitur, de inducenda substitutione, & nullo*

# Respons. Miscellanicum. 3.

- la adsunt verba tractum successuum denotantia, non fideicommissaria, sed vulgaris substitutio interpretatur.*
- 33 *Sermo simpliciter prolatus, de prima vice intelligitur.*
- 34 *Inclusio unius, est exclusio alterius, & è contra.*
- 35 *In dubio interpretatur, ut substitutio, potius sit vulgaris, quam fideicommissaria.*
- 36 *Quando lex aliquid interpretatur, sub aliquo contineri, semper intelligitur per vulgarem.*
- 37 *Fideicommissum reciprocum inter plures, intelligitur de fidei commissio distensiuo, non transuersiuo.*
- 38 *Emphyteusis concessa duobus fratribus, pro se, & descendens; intelligitur, ut unusquisque, pro se, & descensibus suis censetur inuestitus.*
- 39 *Ad exclusionem fideicommissarij sufficit dicere, fideicommissum non extare.*
- 40 *Dispositio qua potest aliud inducere quam fideicommissum, fideicommissum non inducit.*
- 41 *Quod primo ampliatur, etiam si in substitutione sit dictum, ut bona in familia conseruantur.*
- 42 *Ampliatur secundo, etiam si sit dictum, pro masculis, & descendens in infinitum.*
- 43 *Explicatur tex. in l. cum ita §. in fideicommissio, ff. de leg. 2.*
- 44 *Legatum relictum familiae gradatim de familia censentur vocati, sed proximior admisso, ceteri intelliguntur exclusi.*
- 45 *Ancharanus in cons. 27. communiter reprobatur, auctoritatibus, & decisionibus casus Ancharani cons. 27. est diuersus à casu questionis nostra.*

4 Io. Dominici Coscia  
RESPONSVM  
Miscellanicum .

\* in Duo ædidi responsa, primo apertè, & iuridicè demonstrauì renunciationem factam à Patre Francisco Macario antequam religionem ingrederetur, sed tamè cogitatione ingressus validam, & inreuocabilem esse .

4 e In secundo, in testamento quondam Petri Macarij, in anno 1595. condito in fauorem illorum de Macario, nullum fideicommissum inductum esse ; et in presentiarum illud additur, quod iudicio meo ponit glodium ad radicem .

QVAESTIO I.  
In qua de fideicommissi  
extinctione agitur .



Vpra positus Petrus Macarius, testando, inter alia his verbis disp. oluit, & se alcuno

delli figli masculi di Gasparro Macario dottorato farà residenza in Napoli, se li diano docati cinquecento di entrata per

# Respons. Miscellanicum. 5

per se , & figli masculi del modo orderà il Signor Euāgelista de Gattis, & il resto, finiti li trē-tacinque anni, si parta fra li figli masculi più prossimi, pur vinculati.

Ex quibus verbis, præsertim, ex illa particula, & se alcuno delli figli masculi, Apparet filios ipsos sub cōditione esse vocatos, ex natura illius

1 dictionis, si, l. 1. ff. de cōdit. & de monstrat. quæ cōditio, neque per filios Gasparis, neque per filios filiorum, nunquam fuit adimpleta, quoniam, nullus eorū ad hanc Ciuitatem Neapolitanam studij causa se contulit, & nullus ad gradum doctoratus ascēdit, neque spes est, vt ascendere valeat, dum linea prædictorum de Macario sit extincta.

2 Vnde succedit illa communis Doctorum propositio pluribus iuribus cōfirmata, vt in quacunque substitutione cōditiona-

li, deficiente conditione proinde habeatur, ac si, facta non fuisset; l. 1. §. *si autem aliquid sub conditione*, C. de cad. toll. l. *generaliter*, S. *si autem*, C. de instit. l. *filiusfam.* S. *cum quis*. ff. de legat. 1. l. *iubemus*, S. *penult.* C. ad Treb. l. *bares meus*, ff. de cond. et demonstr. latè Pereg. de fideicom. art. 29. nu. 14.

Idem dicimus in quacunque alia dispositione, l. *pecuniam*, ff. si certum petatur, ubi Paulus de Castr. inquit, quando deficit conditio dispositionis, perinde est, ac si dispositio facta non fuisset. Idem probatur in l. si necessario §. *quod si pendente*, ff. de periculo, & com. rei vend. l. *hec venditio*, ff. de cōtrahend. emp. l. 1. C. de cond. inser. optima Glos. in l. 1. in verbo *cauillantur*, ff. de regula Catoniana, Beltrā. cons. 18. nu. 2. par. 1. Socc. & alij, quos adducit Cephal. in cons. 17. num. 6. Dec. in d. l. si pecuniam



## 6 Io. Dominici Coscia

*num. 4. Casber. decis. 50.*  
*num. 12. Peregr. concordantes adducens, de fideicom. art. 16. nu. 145.*  
*Socc. iun. Roland. Cpb. Cagn. & plures, quos adducit, & sequitur Casant. in cons. 2. num. 28.*

- 4 Paria enim sunt, nihil fieri, vel fieri sub conditione, quæ non purificatur *Rip. in lib. 1. respō. forum, responso. 2. nu. 23. Cpb. in d. cons. 17. nu. 6. et cons. 196. nu. 5. Casanat. ubi supra; num. 29.* sub cōditione fideicommissum iniungens, sub
- 5 contraria conditione illud ademisse censetur, & bona libera relinquere; *l. si legatum pure, ff. de admendis legatis, Bar. in l. si paterfamilias, ff. de de heredibus instituendis, & in l. quibus diebus, S. quidam Titio, ff. de cōd. & demōst. Socc. cons. 52. nu. 2. vol. 1. Casanat. ubi supra, n. 30.*
- 6 Et ratio hæc est, quoniã natura conditionis in eo versatur, ut retrahatur;

Igitur, sicut purificatio conditionis perinde habetur, ac si an principio pura fuisset dispositio, ita deficiente conditione, semper habet oculos retro, ad tempus dispositionis, & pro non facta censetur, *Dec. in d. l. pecuniam in 2. notabili, Paulus de Casbr. in cons. 292. vol. 2. Crauetta, & plures alij, quos adducit Patia. in cons. 23. num. 45. Aldois. dec. 187. nu. 5. responsum diversorum DD. Hispanorum de Comitatu Cardone, par. 2. num. 472. fol. mibi 186.*

Cum igitur, filij Gasparis, sub conditione fuerint vocati, quæ, ut dixi omninò defecit, perinde habetur, ac si in eorū fauor. in fideicommissum non esset factum. Imò prima substitutione ex defectu conditionis deficiente, integra totius vinculi strictura deficit, & ceteræ omnes sequentes substitutiones, & clausulæ

cor-

# Respons. Miscellanicum. 7

corruunt, & pereunt *l. si mar. §. 1. vbi lason in 2. notabili, ff. de vulgar. & pupillar. subst. l. cum testa- mento, §. 1. ff. de heredib. inst. Arch. conf. 137. Cum. conf. 118. Ruy. conf. 133. nu. 5. vol. 2. Alex. conf. 24. nu. 5. et in conf. 59. vol. 3. et in conf. 139. vol. 5. n. 6. Dec. Aciat. Soes. Cramer. Roland. Menoch. Riminal. iunior, Bertolet. Zang. Peregr. Nat. Conn. & alij, quos adducit, & sequitur Casan. in d. conf. 2. num. 31. & in conf. 36. num. 37. quibus sunt ad- dendi Gabriel in tit. de fideicom. conclus. 7. Ti- raquell. in *l. si unquam*, in verbo *susceperit liberos*, num. 153. C. de reuocand. donat. Pacian. conf. 129. n. 1. Aldob. conf. 20. n. 25. vol. 2. Perog de fideicom. art. 29. num. 29. vbi alios adducit, Rustic cōf. 1. n. 8. Aldou. conf. 93. num. 23. sic fuisse de cisu in Roma Rom. legitur in dec. 230. par. 1. in nouiss. & sepius*

sic fuisse iudicatu testa- tur Casanat. in d. conf. 2. nu. 45. Surd. in dec. 144. nu. 13. & sequens Lamar. in conf. 60. n. 96. Couala, dec. 5. num. 17. 20 & 30. lib. 3. vbi inquit, quod ita est veritas, nisi quis velit malignari, inquiens sic fuisse de cisu, alios ad- ducit nouissime Baldaf- far Giurma. in addit. ad Medicum de promagni- tura lib. 1. cap. 16. optimè Regens Valens. conf. 185. num. 47. volum. 2.

8. Supradictæ receptæ sē- tentiæ ratio est; quoniam à primordio tituli, poste- rior formatur euentus, *l. 1. §. finali, C. de imponen- Lucrat. de serip. lib. 10. l. cum Dolianonis, §. ostia, ff. de fundo instructo, & instrumeta legato, Arch; in d. conf. 137. num. 2. &*
9. Talia sunt subiecta, qua- lia prædicata demonstrat, *l. 1. C. de diuers. rescriptis, l. 3. vbi Bar. ff. de fundo instructo, & instr. legato, Glassa, & Abbas in c. du- dum*

*dum de decimis, cap. inter dilectos de fide instrumēt. Ioannes de Amicis consil. 120.*

10 Nec obstat q̄ vulgo asseritur, caducato primo gradu substitutionis, sequētes substitutiones non caducari, l. 1. §. *fin autē aliquē, C. de caducis tollēdis. § Titius, l. cobaredi, ff. de vulgari, et pupillari subst. l. fideicommissa, ff. de leg. 1.* quoniam assumptū prædictum vendicat Tocum, vbi sola caducitas substituto obsistit, secus vero, si defectus conditionis obsistat, *Alexand. in cons. 492. num. 18. cons. 444. nu. 11. & cons. 547. nu. 3. & cons. 779. nu. 1. Oldr. Fulgof. Crauetta, Alex. Ruyn. Cachet. Bursat. Decian. Mand. Surd. Rolan. Natt. & alij, quos adducit, & sequitur Casan. d. cons. 36. nu. 39. vbi n. 40. inquit, sic fuisse decisum.*

Conclusio supra firmata ampliatur primo, ut quamvis caducato pri-

mo gradu substitutionis sequentes non caducentur, ut in d. l. unica, §. in primo, §. pro secundo, et §. *fin autē, C. de caducis tollēdis.* concordantes adducit *Zancus in d. §. cum ita, in 2. par. à nu. 1. Casanat. d. consil. 2. num. 1.*

11 Tamen, quando gradus substitutionis caduci aliqua cōditione vocantur, caducato primo gradu, caducantur omnes, non tam vi caducitatis, quam ex defectu conditionis. *Oldr. in cons. 177. Bart. Angel. Aret. & alij communiter in l. qui habebat, ff. de vulg. & pupillari, Bal. cons. 162. in fine, vol. 1. Castr. Alex. Crauetta, Alciat. Corneus, Ruyn. Bursat. Decian. Mādel. Gabrel. Rub. Natta, Roland. Paris. Iason, & infiniti, quos adducit, & sequitur Ludovic. Cassan. in d. cons. 2. num. 3.*

12 Secundo ampliatur, siuè conditiones sint necessariz, siuè voluntariz, siuè

← sibi

# Respons. Miscellanicum. 9

siue potestatiuz, siue casualis, vt cōcludit *Pereg. de fideicom. art. 15. n. 28. vers. fortius hæc*, vbi ponit exemplum in puncto quæstionis nostræ, si testator dixit, si heres meus non studuerit, sequitur *Casanas. in d. conf. 2. n. 4.* & alij, quos ipse in numero præcedenti allegat, & hoc ex generalitate *d. l. si mater, S. 1.* & aliorum iurium supra allegatorum.

Tertio ampliatur, & 13 si in substitutione conditionaliter facta, adijciatur conditio semper, & in infinitum, aut alia perpetuitatem denotans, *las. in conf. 93. vers. nõ obstat quartum, & consil. 228. volum. 2. Cypbal. conf. 17. Alexand. conf. 1. num. 12. volum. 1. Curt. iunior conf. 42. num. 31. vol. 1. Farin. dec. 548. n. 8. in 2. par. 2. partis*, alios adducit *Petra de fideicom. quest. 6. num. 13. Rota Romana dec. 698. nu. 16.*

*parte 1. in nouissimis, Raud. in dec. Pisana 49. nu. 75. Pereg. in conf. 38. num. 27. volum. 1. Dec. in l. 1. C. de pactis, Onded. in conf. 78. nu. 49. vol. 1.* alios adducunt moderni *Hispani in d. responso de ducatu Cardona, par. 2. à num. 475.* Ratio esse potest, nam licet perpetuum sit fideicommissum, non propterea conditionale esse definit, vt post *Alex. Ruu. & alios adductos p Onded. in d. cōf 78. num. 45. vol. 1. Menoch. in conf. 326. num. 65.* vbi per hæc verba loquitur; respondetur testatorem voluisse perpetuum fideicommissum adueniente casu per eum disposito, & cessante expirare omnes substitutiones, allegat *Crauet. & alios:* A fortiori applicando ampliacionem in testamento supra dicti Petri Macarij, qui neque fideicommissum perpetuum absolute cōscripsit, neque rationem

B agna.

# 10 Io. Dominici Coscia

agnationis expressit, nec simpliciter, & absolute consideravit, sed particulariter, in certis casibus, certis personis, sub certis conditionibus, substitutiones disposuit.

14 Quarto ampliatur, etiam, si ex vrgentissimis coniecturis constet, ob rationem agnationis conservandæ substitutiones esse factas *Alex. in conf. 159. num. 22. vol. 3. & in conf. 149. vol. 6. Iason in d. conf. 148. Onded. qui alios adducit in conf. 78. num. 36. 42. & 50. vol. 1. Ruu. Nat. Menoch. Bursat. Zuecar. Crauetta, & alij plures, quod adducit, & sequitur Casanat. in d. conf. 2. n. 40. ver. est addendus Grat. in lib. 4. disceptat. cap. 774. num. 9.* Et hoc est, quia subsequencia ex præcedentibus regenda sunt. *Glossa, Bart. & alij in l. si quis ex argentarijs, S. si initium, ff. de edendo. desumitur ex sex. in l. cū in testamento,*

*ff. de hered. instituenti*  
 15 Quinto ampliatur, ut à fortiori communis, & recepta sententia locum habeat, q̄ in casu de quo agitur benè applicatur, si substitutiones per viam continuati sermonis fuerint formate, & ut ita loquar sunt connexæ, & tenatæ, subordinatæ, à prima depēdentes, quæ subordinatio inducitur per dictionem, & *Auch. conf. 137. Soc. Ruin. Dec. Ceph. & alij, quos adducit Onded. in d. conf. 78. nu. 44. quibus adde Zuecar. Paris. Achill. Person. Conn. Pereg. Petrum à Petra, & alios adductos per Casanat. in d. conf. 2. num. 35. & sequent.*

Hæc igitur, in testamento Petri Macarij in substitutione sub conditione facta legitur, per se, & **figli mascoli, di dno erim,** & inducit repetitionem qualitatum præcedentiū sub vniformi terminorū paritate, *l. Seio, S. Caio, ff. de*

de

# Respons. Miscellanicum. 11

de fundo instructo, Glossa in l. 2. ff. de actione legata, glossa in S. item lapilli, insit. de rerum diuisione.

16 Et natura dictionis, & est restringere copulata ad vniformem interpretationem, & non ad difformem, l. quamuis, vbi Bald. hoc notat, C. de im-  
puberum, & alijs substitutionibus, idem Bal. in l. in testamento, C. de militari

17 testamento dixit; Naturã copulæ esse, vt æqualitas terminorum cõcurrat, & Bart. in l. finali, S. eum dulcia, ff. de tritico, vino, & oleo legato scripturum reliquit, naturam copulæ, & esse repetere in sequenti legato qualitatem adiectam in primo, sequitur Iason, qui plura alia similia adducit conf. 228. num. 12. & sequent. vol. 2. & num. 14. ex doctrina multorum

18 infert. Vt licet appellatione nepotis propriè nepos ex filio veniat, & nõ ex fratre, l. iurecõsul. S. 2.

grada, ff. de gradibus, cõmuniter DD. in l. 2. C. de successorio adictio. Tamẽ, si cõ fratribus, nepos cum dictione, &, ponatur, vt copula illa inter similia cadat, etiam nepotes ex fratre veniunt, ponit exemplum, si forte quis pro se, fratribus, & nepotibus aliquid acquirat. Assumptum desumitur ex Bald. Salyc. Paulo de Castro, & Alexan. in d. l. 2. adducitur cap. 1. S. 1. de feudo materuo.

Idem dicimus in alia substitutione facta p Petrum Maçarium, per illa verba, & lo resto finiti li 35 anni, si parta frã gli mascoii piũ proffimi, pur vinculati. Sicque in ea ponitur dictio, &, ponitur  
19 etiam dictio Similiter; quæ desumitur ex illa particula, pur, quæ latine exponitur similiter, et importat, similitudinem ad præcedentia, l. Clemen. patronus, ff. de heredibus instituendis, & ostendit

# 12 Io. Dominici Coscia

similitudinē facti, & modi  
*S. similiter, inst. de excu-  
 sat. tutorum, glossa in l. fi-  
 nali, §. penult. C. commu-  
 nia de leg. Innocent. in c.  
 ex rescripto de iureiur. ,  
 Onded. in conf. 44. nu. 83.  
 volum. 11. Alber. in suo di-  
 ctionario in verbo simili-  
 ter, & in conf. 124. n. 60.  
 & in conf. 628. num. 9.  
 ubi ait, quod significat idē,  
 Cresc. in dec. 41 sub titulo  
 de dolo, & contumacia,  
 & plures alij, quos addu-  
 cit, & sequitur Barbof. de  
 dictionibus, dictio. 367.*

Hinc singulariter dixit  
 20 *Socc. in conf. 287. num. 3.  
 lib. 1. quē adducit, & seq.  
 Barbof. in supra allega-  
 ta dictio. 367. nu. 1. pro-  
 pē finem, in tantum dictio  
 similiter, similitudinem  
 importat, vt licet, inter  
 vsum, & vsum fructum, dif-  
 ferentia constituatur, ta-  
 men, si testator legauit Ti-  
 tio vsum habitationis, &  
 Scio similiter habitatio-  
 nem legauit, & dictio ip-  
 sa similiter, legatum habi-*

tationis, ad vsum habita-  
 tionis restringat.

Secundō ex alio pro-  
 bari potest inter ipsos de  
 Macario nullum adesse  
 fideicommissum, nam su-  
 pra probauimus disposi-  
 tionem à Petro Macario  
 in suo testamēto, sub cō-  
 ditione factam esse, si ali-  
 quis ex filijs Gasparis stu-  
 dij causa ad studium Nea-  
 politanum se conferret,  
 & post gradum susceptū  
 in hac Ciuitate resideret.

Igitur, quod vinculum  
 imponere poterat Doctor  
 Euangelista testatoris di-

21 spositioni, ante cōditi-  
 onis euentum. dūm condi-  
 tio nihil ponit in esse, l.  
 eius qui ff. si certum petat-  
 tur, & qualitas adiuncta,  
 verbo debet intelligi se-  
 22 cundum tempus verbi, l.  
 in delictis, §. in extraneos,  
 ff. de innoxalib. l. Titius,  
 ff. de militari testamento,  
 l. 2. & 3. ff. de auro, & ar-  
 gento legato, in terminis  
 Ruyn. in conf. 153. nu. 3:  
 & quam voluntatem, seu

men-

+ habitatiōne

# Respons. Miscellanicum. 13

mentem testatoris potest declarare Doctor Evangelista, dum verba conditionalia, non important, neque institutionem, neque substitutionem, *gloss.* communiter approbata in *l. Gallus in princ. ff. de liberis, & posth.* Aldobr. in *conf. 113. num. 28. Curt. senior in conf. 42. nu. 25.*

In summa illa particula, pur vinculati, conforme dirà il Dottor Euangelista de Gattis, si tamè aliquod vinculum à testatore ipsi fuisset expressum, intelligitur, cum aliquis ex ipsis de Macario secundum testatoris volūtate, post gradum susceptum in hac Ciuitate residentiam facere inceperit.

Tertio, ex alio demonstratur, fideicommissum non adesse. Supposito proximiores de Macario simpliciter, & non sub conditione esse vocatos, adhuc inter eos ordo successiuus considerari non potest, quoniā proximio-

rum nomen collectiuum non est. Nomen enim collectiuū est illud, quod plures complectitur gradus, vt docent communiter, DD. in *l. Gallus, §. quidam recte, ff. de liber. & posthum.*

Est primum exemplū in nomine familie, quod omnes de familia complectitur, non solum in primo gradu existentes, sed in pluribus remotioribus extēditur, *l. peso, §. fratre, ff. de legatis 2. l. finali, C. de verborum signis.*

Est secundum exemplum in cognatorum nomine, quod plures complectitur gradus, *§. 1. inst. de gradibus, §. 1. & sequē. inst. de succ. cognat. §. 1. inst. de legis. agnatorum tutela, l. 1. ff. vnde cognati,* docent Bald. & alij communiter in *l. si cognatis ff. de rebus dubijs.*

Tertium est exemplum in nomine liberorū, quod comprehendit plures gradus,



# 14 Io. Dominici Coscia

us, nimirum filios, nepotes, pronepotes, & deinceps omnes descendentes, l. liberorum, ff. de verborū signif. notant omnes in d. l. Gallus, §. institutis Dec. in cons. 208. num. 3. in specie Alex. in d. S. quidam recte, & alij quos adducit, & sequitur Decian. in cons. 10. n. 13. volum. 3.

27 Quartum ponitur exemplum in nomine descendentium, sub quò plures gradus, imò omnes infinitum, qui ex aliquo descendunt comprehenduntur. l. ult. C. de suis, & legit. §. 1. auth. de heredibus ab intestato venient. Sed nomen proximiores non est collectiuum, ut ex premissis desumitur, quoniam, vocando proximiores, non possunt dici plures gradus collectiue vocati, quia nūquam dispari in gradu possunt dici proximiores aequaliter, sed, qui prior est in gradu proximior dicitur, §. §.

plures in §. de leg. agnati. success. l. 2. C. de success. adiecto, l. auunculo, C. com. de success. l. cōsanguinitatis C. de legis. hered. observauit Dec. in d. cons. 89. num. 15. & præsertim in casu nostro, in quò est adiecta illa particula, li più proximi, quæ dictio magis proximiorum electionē significat, ut abunde in nostro tractatu de extinctione fideicommissi probauimus, Igitur cū per ista verba, li più proximi plures gradus comprehendi non possint sub nomine collectiuo, neque ordine successiuo vocasse intelligitur, ut in simili interpretatur lex plures in diuersis gradibus vocando, ut aduertit Decian. paulò ante allegatum n. 16.

Quartò testator finito tempore triginta quinque annorum proximiores, qui eo tempore reperiebantur ad residuum bonorum vocauit. Igitur

Fran.

# Respons. Miscellanicum. 15

Frânciscus, & Paulus, qui eo tempore proximiores reperti fuerunt, & iâ ad succedendum fuerunt admissi, sequentibus res ipsas restituere non tenentur, apertè desumitur ex *d. l. si cognatis*, ubi si fideicommissum cognatis, vel  
28 cognationi relinquatur, Proximiores in gradu censeantur primo vocati, *l. peto S. fratres, et l. cû ita, ff. de leg. 2. S. in fideicom. docet Bar. in d. l. si cognatis nu. 3.* & tamen proximioribus succedentibus, sequentes sunt exclusi. *Socc. in d. l. si cognatis num. 5. in fine verbo, sed ista omnia,* sequitur Petrus Anguscio *la in cons. 80. nu. 1. lib. 6. ubi Socc. doctrinam optima ratione confirmat, nã in d. l. si cognatis, hij solum admittuntur, qui erant nati, vel concepti, tẽpore testamenti, vel testatoris morte, quod falsum esset, si proximior semel admittus sequenti restituere tenerentur, tunc enim ad-*

mitti deberent, etiam hij, qui tempore euenientis conditionis sub qua sunt vocati idest mortis primi admitti reperiuntur nati. *inter vertit de legatis præfatis.*

Probatur etiam assumptum in *d. l. final. C. de verborum significatione ubi Fulgos. num. 5. notat,*  
29 vt appellatione propinquorum gradatim propinqui veniant, & propinqui qui semel admitti, in eotextu, sequentibus restituere grauati non intelliguntur. & sequentes solum admittuntur, casu, quò proximiores nõ sint, vel non possint succedere. & proximioribus admittis, cæteri exclusi intelliguntur, vt obseruauit *Castrensis. ibi nu. 6. & Angusc. in d. cons. 80. n. 2.* Igitur à fortiori in casu de quo agitur, in quo non simpliciter proximiores sunt vocati, sed cum illa dictione magis, vt pluries diximus.

Quintò

# 16 Io. Dominici Coscia

Quintò, dum testator  
 30 proximores vocavit, ver-  
 ba ipsius eo modo inter-  
 pretantur, prout verba  
 legis, *l. si ita fuerit seruus,*  
*in fine, ff. de manumissis*  
*testamento, l. si quis lega-*  
*uerit, ff. de legatis 1.* Sed  
 verba legis vocatis pro-  
 ximiores ad successione  
 interpretantur, vt proxi-  
 miores post adeptam he-  
 reditatem non teneantur  
 sequentibus restituer, sed  
 proximioribus non valē-  
 tibus, vel nolentibus suc-  
 cedere, sequentes admit-  
 tantur, *l. 1. §. proximus, &*  
*sequent. & l. gradatim, ff.*  
*unde cognati, l. 1. §. si in-*  
*tra, & §. quibus, ff. de suc-*  
*cessorio aditō, l. memin-*  
*imus, §. successio, C. de suis,*  
*et legit. §. placebat, instit.*  
*de legit. agnat. success. l. 2.*  
*§. hereditas, ff. de suis, &*  
*legit.*

Sexto inter proximo-  
 res vocatos in testamen-  
 to non adest aliquod ver-  
 bum tractum temporis  
 denotans, quod necessa-

rium videtur, vt vnus cē-  
 seatur per fideicommis-  
 sum alteri substitutus, vt  
 abundè dixi in dicto tra-  
 ctatu de extinctione fidei-  
 commissi, imò in testamē-  
 to supradicti Petri adest  
 illa particula taxatiua, li  
 più proximi, adsūt, & alia  
 verba, quæ apertè demō-  
 strat nullum adesse tractū  
 successiuū, & consequen-  
 ter fideicommissum, ni-  
 mirum ibi; Et in casu, che  
 non saranno mascoli, di-  
 ctio enim in casu extre-  
 mitatem temporis deno-  
 tat *DD. in l. Gallus, ff. de-*  
*lib. post.*

31 Hinc Iure consul. in *l.*  
*iam hoc iure, ff. de vulga-*  
*ri, & pupillari,* cēsuit sub-  
 stitutionem per hæc ver-  
 ba factam, vos inuicem  
 substituo, fideicommissa-  
 riam substitutionem non  
 continere, *docet Bart. in*  
*l. 2. C. de impuberum, &*  
*in l. Lucius num. 20. ff. de*  
*vulgari, & pupillari.* Ab-  
 surdum enim videtur, vt  
 verbum substituo, proxi-  
 mio-

# Respons. Miscellanicum. 17

miores illos honoret, & etiam fideicommissio grauet, vt aduertit *Augu. vbi supra nu. 5.*

Augetur consideratio, vbicunque agitur de inducenda substitutione, & nulla ad sunt verba tractû  
32 successuum denotantia, semper non fideicommissaria, sed vulgaris substitutio interpretatur. Et per contrarium si cõcurrant verba denotantia tractû successuum, fideicommissaria interpretabitur. Ita communiter *DD. in d. l. Gallus §. quidam rectè, Soc. Alexad. & alij*, quos adducit, & sequitur *Decian. in d. cõs. 19. n. 43.* vbi per hæc verba inquit. *Ita omnes tradunt nemi- me contradicente.*

Sed in casu de quo agitur, respectu substitutorû inter proximiores, nulla sunt verba tractum temporis denotantia, quoniã non fuit dictum in infinitum proximiores substituo, igitur in proximio-

res inter se non adest fideicommissaria substitutio, sed vulgaris tantum, vt pluries in dicto tractatu de fideicommissi extinctione dixi.

Septimò Petrus Macarius simpliciter proximiores substituit, imò addidit illam particulam  
33 magis, Igitur hæc loquutio de primis proximioribus, & non de vltioribus intelligitur, iusta regulam *tex. in l. boues §. hoc sermone, de verborum significatione, vbi Tiracq. latissimè, cap. non potest, de præbend. in 6.*

Quæ quidem regula, in omni dispositione sibi locum vindicat, *Alex. in cons. 16. num. 9. volum. 4. Bald. & plures alij*, quos adducit *Decian. vbi supra num. 24.* vbi ex pluribus ad plura, ex hoc infert. Igitur cum testator in casu nostro magis proximos vocauit, intelligi debet de primis proximioribus, nimirum de

C Paulo

# 18 Io. Dominici Coscia

Paulo, & Francisco, & nõ de vltterioribus his deficientibus.

34 Octauo Petrus Macarius in suo testamẽto vocando magis proximos duo fecit, vocauit scilicet proximiores, & vltiores exclusit, quoniam vnus inclusio est exclusio alterius, *l. cum Prætor ff. de iudicijs*, imò expressa inclusio vnus, censetur continere etiam expressam sui contrarij exclusionem, *l. ex eo, ff. de testibus, & in materia substitutionis per plura, idem concludit Ripa in l. 1. nu. 61. ff. de vulg. & pup. subst.* Igitur cum in suo testamento, semel vltiores proximiores testator exclusit, perpetuo debeat remanere exclusi hoc benè confirmat ex Baldo, & alijs Decian. in *d. cons. 10. num. 28.*

Nonò dato; quod proximiores vocati in testamento Petri Macarij per  
35 nomen collectivum vo-

cati fuissent, & per consequens ordine successiuo, hoc intelligi potest dupliciter, aut per vulgare, aut per fideicommissariã, vt benè considerat, *Paulus de Castro in d. S. quidã rectè num. 9.* & alij communiter ibi, et Decian. vbi supra num. 30. Ideò interpretatur, vt potius substitutio sit directa nimirum vulgaris, & non fideicommissaria, *l. quesitum, vbi magistraliter Bald. ff. de usufructu l. finali, vbi notatur, C. de hereditibus in sbi. l. verbis civilibus, vbi etiam notatur ff. de vulgari, & pupil. c. si pater de testamentis, in 6.*

Augetur consideratio. Si volumus in illa substitutione proximiorum à Petro Macario facta, adesse reciprocam substitutionem, non potest dici facta à testatore, quoniam de ea verbum nullum, 36 sed tantum ea interpretari à lege, propter ordinem successiuũ, sed quòdo

# Respons. Miscellanicum 19

do lex interpretatur ali-  
quid contineri sub aliqua,  
sæper intelligitur per vul-  
garem, Bart. in l. liberorum  
colum. penult. verbo qua-  
ro quid si in aliqua, ff. de  
verborum signific. bene  
confirmat Decian. in su-  
pra allegato cons. 10. n. 3 l.  
vers. 4. quia.

- 37 Decimò dato, quod per  
illa verba in testamento  
posita, si parta fratri ma-  
sculi più proximi, inter  
ipsos de Macario fidei-  
commissum inductum,  
esset. tamen inter ipsum  
Paulum, & Franciscum,  
nullum intelligitur fidei-  
commissum inductū, sed  
intelligitur discretivum  
respectu vniuscuiusque  
lineæ, nimirum discretive  
de proprijs filijs, & descen-  
dentibus vniuscuiusque  
Ruynus in cons. 121. n. 8.  
volum. 2. & in cons. 115.  
nu. 12. & cons. 134. n. 7.  
& cons. 141. num. 13. &  
cons. 162. num. 5. vol. 3.  
Caphal. cons. 401. & cons.  
430. à num. 27. ad n. 45.

Odui in cons. 45. Paris. in  
cons. 18. num. 6. volum. 2.  
Alciat. in cons. 82. num. 2.  
lib. 3. Menoch. cons. 327.  
num. 3. Peregr. in cons. 37.  
num. 1. & in cons. 43. n. 2.  
& sequent. vol. 2. Mantie.  
de coniectar. lib. 7. tit. 5. in  
fine, Simon de Petris de  
interpret. ultim. volum.  
fol. 341. num. 32. Peregr.  
de fideicom. art. 12. n. 32.  
Cualc. in decis. 5. à n. 64.  
& in decis. 15. à n. 5. p. 3.  
Fusar. de substi. q. 500. idē  
Menoch. in cōf. 633. n. 9.  
15. & 35. Aldoin. in con-  
sit. 93. & Farin. infract-  
tandus.

Qui supradicti DD. in  
fortioribus terminis lo-  
quuntur, nimirum in di-  
spositionibus inter descē-  
dentes factis, in quibus  
de facili fideicommissū  
inducitur, quod non est  
inter trāsversales, vt abū-  
dè in dicto tractatu de  
extinctione fideicommis-  
si diximus.

- 38 Hæc recepta conclu-  
sio confirmatur. Primò si

## 20 Io. Dominici Coscia

emphyteusis duobus fratribus sit concessa pro se, & descendentes, vnusquisq; inuestitus pro se, & descendentes suis intelligitur, ita quod alterius descendentes, portionem alterius descendentes prætendere nequit. *Bart.* & alij communiter in *l. si mihi, & Titio ff. de verbor. oblig. Bald. in l. cū acutissimi num. 2. C. de fideicomm. Alex. cons. 24. num. 3. volum. 2. Farin. infra citandus.*

Secundò, cum inter ipsos proximiores à testatore vocatos, nullum fideicommissum reciprocum factum reperiatur.

39 Ad exclusionem fideicommissum prætendentis, sufficit dicere fideicommissum non est; *Bald. in l. quidam cum filium, per illum text. ff. de hæredibus instit.* concordantes admodum in dicto nostro tractatu.

40 Tertiò suffragatur *text. in l. 1. §. finali de legat. 3.*

ex quo desumitur, <sup>si</sup> vt dispositio possit habere locum absque eo quod fideicommissum inducatur noua fideicommissa inducta non censentur, & ibi hoc notant *Imola, & Socc.* & ex pluribus confirmat *Fusarius proxime allegatus q. 642.*

41 Conclusio ipsa ampliatur, & si, in substitutione sit dictum hoc fieri, vt bona inter masculos, & in agnatione conferentur, nam adhuc de descendentes vnus cuiusq; lineæ intelligitur, & sic pluries in Rota Romana fuisse decisum testatur *Farin. in decis. 466. per totum.* & præsertim *nu. 5. et Casual. paulò ante allegatus.*

Secundò ampliatur etiam, si in vocatione sit dictum, pro masculis legitimis, & naturalibus, natis, & descendentes hæredum institutorum, vsq; in infinitum, vel de hæredibus in hæredes ex descendentes masculis, in perpetuum,

nam

# Respons. Miscellanicum. 21

nam adhuc fideicommissum reciprocum non indicitur, vt sic fuisse decisum per aliam sententiam deinde confirmatam, testatur *Peregr. in cons. 47. num. 19. vol. 1. et Aldoin. in d. cons. 93. num. 24.*

Ex his omnibus clarè desumitur, inter ipsos de Macario nullum adesse fideicommissum.

Neque obstat ex aduerso adducatur *tex. in l. cum ita, §. in fideicommiss.*

43 *ff. de legatis*, secundo, in illis verbis, post eos extinctos; nam respondemus, textum illum intelligi de extinctis viuentē testatore, vel saltem, antequam cedat dislegati, vel fideicommissi. Quoniam textus vult, post nominatos illos admitti, qui sunt de familia testatoris tēpore, quo is moritur, vnde, si nominati intelligerentur grauati sequentibus post eorum mortem restituere, & hij admitterentur, qui tempore mortis testato-

ris de familia non erant, dummodo tempore euentis conditionis nimirum mortis nominatorū sint de familia, *d. l. interuenis, ff. de legatis præstandis*. Igitur, cum textus vocet proximiores, nisi defunctus ad vltiores, voluntatem suam extenderit, præsupponit post eos, qui erant proximiores testatori, neminē vocatum censi.

44 Confirmatur hoc ex *text. in d. l. si cognatis*, vbi idem est legarè cognatis, & legarè cognationi, & tamen primis succedentibus, sequentes sunt exclusi.

Ad idem, facit textus *in d. l. finali, C. de verb. signific.* vbi licet in legato relicto familiæ, gradatim personæ ibi numerati admittantur; tamen, inquit lex, deficientibus propinquis in eo textu, interpretatur nimirum si deficiāt antequam ad legatum admittantur, *l. heredes mei,*





*mei S. final. ff. ad Trebel-  
lianum, ubi verbum defi-  
ciente gradu nepotum  
intelligitur, si deficient  
nepotes, antequam fue-  
rint admissi. Idem loqui-  
tur in l. scenola, §. finali il-  
lius tituli.*

- 45 Neque obstat *consil.  
Anchar. 27.* ubi consuluit,  
ut si, testator duos anti-  
quiores de domo, & fami-  
lia sua substituerit, non  
extinguitur in primis duo-  
bus antiquioribus, sed  
post ipsos duos primos,  
etiam ad alios de tempo-  
re, ad tempus extendi-  
tur.

Nam respondemus,  
quod contra consilium  
ipsius, in proprio casu  
consuluit *Bal. in consil. 47.  
volu. 1.* quod sanè *Baldi*  
responsum, si Doctores  
nostri vidissent, qui tur-  
matim *Ancharanum* sunt  
sequeuti, non ita passim cū  
eo sensissent, verba sunt  
*Menoch. qui cōtra Anch.  
tenet in consil. 85. nu. 123.  
& sequenti, et consil. 97.*

*nam. 110. et seq. contra  
Anch. consuluerunt Cra-  
uetta consil. 161. num. 10.  
et cōs. 180. et in consil. 984.  
num. 160. idem Menoch.  
in consil. 328. nu. 86. Bard.  
in consil. 95. num. 41. Petrus  
Angus. in d. consil. 80. nu. 8.  
ubi inquit, quod Anchara-  
nus suam sententiam le-  
ge, & ratione non probat,  
Decian. in d. consil. 10. nu.  
76. et seq. Molina de pri-  
mogenitura lib. 1. cap. 1.  
num. 19. Moderni Pari-  
sienf. in consil. 50. quos ad-  
ducit, & sequitur Casanat.  
consil. 46. num. 62. & alij,  
quos adducit, & sequitur  
Sesse in dec. Aragona de-  
cis. 370.*

- 46 Secundò respondetur,  
casum in quò cōsulit *An-  
charanus* esse diuersum  
à casu nostro, quoniam  
ibi primi antiquiores nō  
adierant, sed repudiaue-  
rant hæreditatem, sed in  
casu nostro illi duo pro-  
ximiores, nimirum Fran-  
ciscus, & Paulus hæredi-  
tatem acceptarunt, & du-  
bita-

# Respons. Miscellanicum. 23

bitatur tantum, an post eorum mortem vigore fideicommissi, vteriores admittantur, inter quos casus maxima est differentia, quoniam quando primi nolunt adhire, sed repudiant non fideicommissariae, sed vulgari substitutioni est locus, vulgaris enim in duobus casibus procedit, nimirum quando ille cui fuit facta substitutio noluit, vel non potuit adhire, l. cum proponas C. de hered. inst. i. r. ff. de vulg. et pupill. subst. d. l. Gallus §. et qui si tantum, unde post aditam expirat, d. l. post aditam C. de impuberum. Ita respondet Menoch. Cr. tuett. Decian. moderni Parisienses, et alij supra allegati.

Tertio respondemus, quod in casu nostro, expressè constat noluisse testatorem ad vteriores proximos fideicommissum extendi, dum magis proximos vocavit, ut constat ex hijs, quae in traditu

de extinctione fideicommissi diximus; sed in casu Ancharani, apertè constabat ex testatoris voluntate, ut fideicommissum ultra illos duos propinquiores, ad vteriores extenderetur, quoniam addiderat testator onus distribuendi proventus inter pauperes perpetuis temporibus, & in hoc ipse Ancharanus maximè fundamentum facit, ut observant Decianus in d. conf. 10. num. 76. vers. secundo respondet Menoch. et alij paulò ante allegati.

## SVMMARIVM.

- 1 Avus paternus usufructum in bonis adventitijs habet.
- 2 In dubio, filius, ut nepos praesumitur in potestate patris, vel avi.
- 3 Pater, vel avus habet usufructum in bonis adventitijs filij, etiam si bona ipsa sint substituta fideicommissi.

4 Re;

## 24 Io. Dominici Coscia

4 *Regula standum erit, et omnes cōprehendit casus, licet, maior ratio mihi sit in uno, quam in alio.*

5 *Licet hęreditas subiaceat restitutioni, samē usus-fructus liberè remanet in posse hęredis grauari.*

# QVAESTIO II.

Vtrum Auus habeat vsumfructum in bonis aduentitijs nepotum, & quid si bona ipsa sint subiecta fideicommissio, & an in dubio nepos præsumatur esse in potestate aui.

**E**X supradictis apparet nullum inter ipsos de Macario adesse fideicommissum, vnde rectè peti super bonis ipsorum de meo credito satisfieri, ad præsens ex abundanti, Et ad demonstrandum Patrē Frānciscum Macarium incautè, & malè consultum, aduersus me in Sac. Cōsilio supplicationem portexisse, vt compellar ad restituendum omne illud, quod ex redditibus supradictæ hęreditatis tempo-

re fideicommissi subiectis exigi, amplius asserendo in ea, quod, & si Paulus Macarius, tam suo proprio nomine, quàm, vt curator ipsius Patris Francisci, me ab exactiōe prædictæ absoluerit, & in eo, quod superest de meo credito, in bonis ipsorum debeã satisfieri, nam exactiō redditus supradictæ hęreditatis ad extinctiōnem mei crediti, fuit mihi facta à Minico Macario auo ipsius Patris Francisci, & Patre Gasparis Ma-

# Respons. Miscellanicum. 23

Macarij, tam proprio principali nomine, quam, ut legitimus administrator ipsius Patris Francisci, & fratrum. & ne, super incognita tendamus, facti species ita se habet. Cui essem creditor Gasparis Macarij in decem. quatuor millia in circa, ut ex instrumentis in actis præsens apparet, eo defuncto, & ab ipso relictis Minico Macar. Patre Petro, Paulo, & Francisco filijs, in anno 1624. Minicus ipse, tam proprio, & principali nomine, quam ut legitimus administrator supradictorum nepotum, ad extinctionem mei crediti assignavit mihi redditus hereditatis prædictæ, cum onere solvendi onera hereditaria, quæ iam per me fuerunt soluta, & ascendente ad summam ducatorum trium mille, & quingentorum, ut in actis apparet. Igitur, dum ipse Minicus Pater Gasparis,

& avus supradictorum nepotum, proprio nomine redditus prædictos assignavit, pro tempore quo ipse vixit, usufructus hereditatis prædictæ ad ipsum spectavit, & successive, rectè exegi redditus ipsos. Imò, & fructus maturati in vita Gasparis, non exacti per plures annos, ad me creditorem spectat, & si deinde ab ipsis de Macario fuerunt exacti.

1 Est. n. verissima iuris præpositio, usufructum aduentitiorum, nepotum in potestate existentium ad avum pertinere, *l. cum oportet C. de bonis, qua liberis,* & successive, Minicus ipse, quod suum erat mihi assignavit.

2 Et quod nepotes ipsi in potestate ipsius Minici avi erant, ultra præsumptionem iuris, quæ est filium, seu nepotem in dubio præsumi in potestate

D pa.

## 26 Io. Dominici Coscia

patris, vel aui, *l. si filius ff. de probat. l. si emancipati, ubi Alex. C. de collat. Alciat. de presump. reg. 2. presump. 2. in fine, de communi testatur Vasq. controuer. illustr. c. 85. nu. 10. et 13. et cap. sequent. num. 4. & receptissimam sententiam testatur. oddus consil. 67. num. 5. concordantes adducit, & sequitur Menoch. de presump. lib. 3. presump. 29. n. 103 et lib. 6. presump. 65. Treuterius in lib. 2. disput. 17. theses. 3. probatur aperte. nam capta informatione in Curia Terræ Badolati, ut in actis S. C. presentatis, apparet nepotes ipsos esse in potestate supradicti Minici, vigore cuius potestatis, ut dixi ususfructus hæreditatis prædictæ spectauit, & pertinuit ad ipsum Minicum.*

3 Quæ propositio ampliatur, etiam, si bona aduentitia filiorum, & nepotum sint subiecta fideicomisso, nam, & in his ususfru-

ctus ad nuntium spectat, ita Suarez in questione de maioratu, nu. 1. et 9. Molina de primogenitura lib. primo cap. 19. nu. 18. Palenz de maioratu quest. 30. part. 4. magis in specie Emanuel Mendez in l. cõ oportet in 2. par. nu. 106. C. de bonis, qua liberis.

Hæc recepta sententia confirmatur primo, generaliter in iure cõstituitur, ut pater in aduentitijs filij ususfructum, habeat, ut in dicta l. cum oportet S. 1. instit. per quas personas nobis acquiratur. Igitur, siuè bona, sint libera, siuè vinculata, semper regulæ standum erit. l. ab ea parte, ff. de probat. cum concordantibus, & generalis dispositio omnes cõprehendit casus, licet maior ratio militet in vno, quam in alio, l. in fraudẽ, S. final. ff. de milit. testam.

4  
5 **Secundò, licet bona hereditaria vinculo restitutionis subiaceant, tamẽ**  
usuf-

# Respons. Miscellanicum. 27

ususfructus hereditatis in posse heredis grauari liberè permanet, *l. fideicommissi. ff. ad Trebell.* Igitur ad Auum spectat *l. fin. C. de usufruct.* sequitur igitur, dato hereditatem prædictorum de Macario, in ipsorum fauorem, restitutioni esse subiectã, tamen ususfructus ad ipsum Dominicum rectè pertinuit, & benè per ipsum mihi fuit assignatus.

- 2 *Licitum est aua legitimo administratori bona nepotis minoris, sine decreto alienare.*
- 3 *Quod ampliatur in bonis stabilibus iusta existẽte causa, reiecta opinione Saliceti contrarium sentientis.*
- 4 *Differentia constituitur inter patrem legitimũ tutorem, et legitimũ administratorem.*
- 5 *Pater legitimus tutor, ante litis contestationẽ procuratorem cõstitueri non potest, sed tutorem, sed legitimus administrator, ante, & post litis cõtestationem procuratorem constituit.*

## SUMMARIVM.

- 1 *Pater, vel auus paternus dicitur legitimus administrator bonorum filij, vel nepotis in potestate existentis.*

## QVAESTIO III.

Au pater, vel auus, vti legitimus administrator bonorum filij, vel nepotis, sine decreto bona ipsa alienare valeat.

D 2

Ex

**E**X alio probatur assignatione mihi factam per supradictum Dominicum  
 1. auum valere, etiam in præiudicium ipsorum nepotum, cui stare tenetur: Auus enim ipse est legitimus administrator, & non legitimus tutor nepotum, quoniam auus, vel pater est legitimus tutor, quando filius, vel nepos est emancipatus; *ut in titulo insit. de legit. parentum tutela,* administrator, quando est in potestate parentis, *ut in d.l. cum oportet, Iason in l. præses num. 5. C. de transact.* & ibi alij communiter, &c. Sunt principia notissima, unde receptissima est Doctorum sententia, licere patri, vel auo legitimo administratori filij, vel nepotis minoris bona illius sine decreto iudicis alienare; *Azzo originaliter in summa C. in tit. de bonis, que liberis ver. nec puto quod in alienatione mobilium.*

Sed ad perfectam intelligentiam, duo sunt constituenda capita, quorum primum. An licet parenti, bonâ filij, vel nepotis minoris sine decreto alienare: & in hoc apud omnes est in confesso licere, *Azze paulò ante allegatus Iason in d. l. præses nu. 5. Minsynger. in suis obseru. sentur. 6. obseru. 61. & hæc esse in dubitatam conclusionem, inquit Castellus lib. 1. quotid. controu. c. 3. num. 68.*

Secundum caput est, an liceat sine decreto bona stabilia alienare, & licet in hoc due sint Doctorum opiniones. prima iudicis decretum requirere, originaliter *Salic. in d. l. præses, quem sequitur Crotus in l. si pater à fratre num. 31. ff. de cond. ind. debiti, Cassan. in Cõsuet. Burgundia rubr. 6. §. 5. n. 14. mouetur Salic. ex textu in l. si pupillorum §. si pater, ff. de rebus eorum, & in l. cum emancipatis C. de præ-*

# Respons. Miscellanicum. 29

*pradys minorum*, in quibus iuribus habetur, ut si pater, vel avus, uti tutor, aut curator filij, vel nepotis, res stabiles minoris distrahere intendat; id cum præsidis autoritate expedire oportet.

Tamen secunda opinio est recepta, decretum iudicis non requiri. Ita

3 *Azzon. in d. tit. de bonis, qua liberis num. 11. ver. nec puto*, sequitur eum *Bald. in l. preses 1. quest. Fulgos. nu. 2. Paulus nu. 5. Alex. num. 7. Curt. senior num. 14. vbi de communi testatur Iacob. num. 8. Alciat. num. 16. inquit receptam esse opinionem Azzonis, Curt. iun. Mend. & alij, quos adducit, & sequitur Padilla in d. l. preses num. 23. sic fuisse decisum testatur Pinellus in l. 1. par. 3. num. 21. C. de bonis maternis, infiniti propè authores hanc opinionem amplectuntur, quos adducit, & sequitur Tiraquell. in l. unquam*

*in princ. num. 28. C. de reuocandis donat. quibus additur Couarr. in lib. 1. variar. resolu. cap. 8. n. 5. Gomes in legibus Tauri; l. 48. num. 18. Gaillus in lib. 2. pract. obseru. obseru. 2. Minyng. supra allegatus, Affli. in dec. 343. n. 1. Franchis in dec. 665. plures adducit, & sequitur Glizzenius de prescript. par. 3. num. 70. Lopez in l. 24. tit. 13. p. 6. Gloss. 5. Pasch. de viribus patrie potest. par. 1. cap. 2. nu. 7. vbi alios allegat.*

Hæc recepta sententia confirmatur, primo ex text. in l. final. S. si autem es alienum C. de bonis, qua liberis; vbi licet bona minoris absque decreto alienari possint l. es alienum, cum ibi notatis C. de pradys minoru. Licitum est patri, vel auo, ut legitimus administrator, ex aliqua vrgenti, vel probabili causa eius bona alienare. igitur cum ibi nulla necessitas adeundi iudicem



cem pro decreto imponendo parenti imponatur prætorem adire non tenetur. *in l. qua sub conditione, §. finali, ff. de cõd. inst.*

Secundò, additur *textus in argumentum in l. finali, ff. de rebus eorum*, vbi si tutor, alicuius rei, patris pupilli permisso, alienationem faciat, iudicis decretum non requiritur: Igitur multò minùs prætoris authoritas, cum pater ipse distrahatur.

Tertiò suffragatur *textus in §. si quis in nomine, Authen. de Eccles. iis*, vbi cum Episcopus sit pater pauperum, quasi legitimus administrator, res immobiles sine decreto alienare potest.

Et ad iura adducta per Salicetum, vnà cum latrone respon. Salicetum non benè percepisse, Azonis dictum, nimirum iura per ipsum allegata, procedunt quando pater est tutor, vel cura-

tor filij emancipati, quia tunc in alienatione bonorum ipsius filij iudicis decretum, & causæ cognitio requiritur, sed quãdo pater est legitimus administrator rerum liberorũ, prout est, quando in potestate reperiuntur, hoc necesse non est, nam absurdum esset si patria potestas, quæ naturalis est, plus non possit, quã tutoris authoritas, vt aduertit Lopez vbi supra. Sicque discriminis ratio est, nam ipsa patria potestas naturalis est tutoris verò ciuili, *l. i. ff. de tut.* tùm quia non habet vfructum in bonis filij emancipati, ad at secus in bonis filij in potestate existentis *d. l. cum oportet*; tùm quia pater legitimus tutor, ante litis contestationem procuratorem constituere non potest, sed attorem constituit, sed legitimus administrator, ante, & post litis contestationem procuratorem constituit, *Bart.*

# Respons. Miscellanicum. 31

*Bart. & alij communiter, reprobatam ibi Glos. in l. 1. C. de bonis maternis, de communi testatur Padill. in d. l. prafes nu. 24. tum quia pater legitimus administrator inuentarium conficere non tenetur, & si de equitate aliquam, honorum descriptionem facere teneatur, Pascale, & Castill. ubi supra.*

Et hoc ex abundantiam dictum fuit, quoniam assignatio mihi facta fuit in fructibus, sicque immobilibus, & non instabilibus.

## SVMMARIVM.

- 1 *Promissa ratificatio per procuratorem, non est necessaria, quando constat de mandato.*
- 2 *Contrahens vii procurator, & promittens facere se ratificare, exhibendo mandatum, alia ratificatio principalis ad est necessaria*
- 3 *Habens mandatum generale, mandatum adsoluendum quoque intellegitur.*
- 4 *Clausula rati, in mandato adiecta supra vana est.*
- 5 *Promissio rati, non in fauorem ratificantis, sed in fauorem creditoris censetur adiecta.*
- 6 *Ratificatione promissa non sequuta, non per hoc annullatur actus.*
- 7 *Si actus annullatur, sum aliqua sollemnitas non interueniat, in tantum annullatur, in quantum consentiat ille in cuius fauore sollemnitas introducitur, ut actus valeat.*
- 8 *Minor potest contractum alias inualidum in suum fauorem approbare.*
- 9 *Episcopus potest approbare actum inualidum, si in fauorem Ecclesie actus ille annullatur.*
- 10 *Emphyteucarius alienam rem emphyteoticam sine consensu directi domini*

## 32 Io. Dominici Coscia

- mini, in tantum amittit, in quatum dominus voluerit.*
- 11 *Testamentum patris, in quo filius est prateritus redditur nullum, sed intelligitur, si filius voluerit.*
- 12 *Clausula irritans in promissione ratificationis adiecta, ratificatione non sequuta actum non annullat.*
- 13 *Si in contractu cum duobus celebrato sit dictum, ut si unus contrahentium non consenserit, contractus sit nullus, si unus deinde consenserit, potest alter dicere, ut contractus valeat.*
- 14 *Heres illius, qui ratificare tenebatur actum ratificare potest.*

# QVAESTIO IV.

An procurator promittens sui principalis ratificationem, ea non sequuta in validetur actus in prauiudicium, cum ipso procuratore contrahentis.

*tionem* **N**Equè obstat, si dicatur praedictam assignationem non à supradicto Minico legitimo administratore, sed ab eius procuratoribus fuisse factam, qui promiserunt inter certum tempus supradicti Minici ratificationem, qui morte

proventus non ratificauit, & successiue prætendunt aduersarij assignationem ipsam nullam, & inuvalidam esse.

Nam huic tacitæ objectioni respondetur. Primò, ratificationem ipsam non fuisse necessariam, siquidem quando constat de

# Respons. Miscellanicum. 33

de mandato, frustra rati-  
ficatio desideratur. Ita  
*Bald. in conf. 34. in princ.  
volum. 2. ibi factum gesto  
ris ratificari oportet l. si  
ego ff. de negot. gesto, sed  
si mandatum extitisset,  
non est opus ratificatio-  
ne l. possessio quoque S. &  
si possessio ff. de acquirend.  
possess. l. si curatore absen-  
te de procuratoribus, &  
necio, quare sit factus tā-  
tus rumor, inquit, Bald.  
idem Bald. in conf. 32. eo-  
dem volum. 2. in fine, in  
ult. col. quod ubi deficit  
mandatum, ratificatio est  
necessaria Card. Tusc. in  
lib. 6. practicarum conclu-  
sionum conclus. 9. num. 1.  
nouiss. Sebastianus Her-  
moneus in repertorio sen-  
tentiarum list. R. nu. 150.  
vers. tertio incipit ratifica-  
tio non est necessaria  
fol. 10.*

Hinc singulariter con-  
sultuit *Alex. in conf. 136.  
volum. 6. quod, si quis uti  
procurator contrahens,  
& promittens facere se*

ratificare, exhibēdo mā-  
datum alia ratificatio nō  
est necessaria princālis,  
& *Bartol. de Bosco in  
conf. 38. num. 1. & 2. in-  
quit, hoc ad cautelam in-  
feri in mandato, vnde  
abundans cautela non  
nocet.*

Sed miror, quare su-  
pradicti patres, & præser-  
tim *Baldus* proximē alle-  
gatus, qui omnia sciuit,  
& nihil ignorauit, vt in  
ore omnium est, textum  
expressum, & qui nostrā  
quæstionem in terminis  
decidit, non alligauit ni-  
mirum in *l. si procurator;  
6. in ordine, ff. de cond. in  
debiti, ibi cum quis procu-  
ratorem rerum suarum  
constituit, id quoque mā-  
dare videtur, vt soluat cre-  
ditori, neque postea expe-  
ctandum sit, vt ratum ha-  
beat.*

Due igitur ex illo textu  
conclusiones desumun-  
tur, vt aduertit nouiss. ibi  
3 *Godofredus in noua glosa.*  
Quarum prima est, vt pro

E cu-

# 34 Io. Dominici Coscia

curator generale mandatum habens, mandatum quoque ad soluendum intelligitur, sed in procuratione facta à prædicto Minico procuratoribus, in specie mandatum fuit ad soluendum creditoribus.

4 Secunda conclusio, ut procurator sequens mandatum, quod facit, ratum per se est, neque alia indiget ratificatione, vnde notant ibi Angel. Paulus, & Ias. & post omnes Dionysius Godofredus, clausulam ratam in mandato adiectam super vacuum esse, cum tacite intelligatur.

Augetur consideratio in illa l. si procurator, per procuratorem ratificatione domini fuit promissa, ut probant verba ibi posita, neque postea expectandum sit, ut ratum habeat, sicque expectari dicitur illud, quod antea fuit promissum, ut in c. 2. de concessione præbendæ. Secundo respondetur,

5 dato ratificationem non per hoc sequitur, assignationem prædictam annullari, sicque clausula prædictæ ratificationis domini in mandato adiecta, non in fauorem ratificantis, seu debitoris adijcitur, sed creditoris, ut aperte probatur in d. l. si procurator, iuncta doctrina Angeli, sicque hoc probat ille textus in illa particula, neque postea expectandum sit; vbi Angel. ibi num. 1. ver. sed sequitur per hæc verba sequitur in clausula, nec postea expectandum, diligenter nota, quod, ubi procurator explicat, quod habet in mandatis, numquam desideratur ratificatio domini, & ideo si contrahens, vel alium actum gerens cum procuratore peteret à Domino, ut ratificaret, actum, non debet audiri; hæc Angelus. Vnde aperte delimitur ratificationem domini in gestis per procuratorem in fauorem non

loquuntur

# Respons. Miscellanicum. 35

ratificantis requiri, sed  
 sed cum eo contrahētis,  
<sup>clausula</sup> ~~ad~~ enim rescissionis, &  
 nullitatis contractus ap-  
 positę intelliguntur in fa-  
 uorem adimplentis, & ad  
 incommodum contrafa-  
 cientis *cap. potuit, ubi In-*  
*nocent. de locato magistra*  
*liter, Anchar. in cons. 141*  
*post num. 4. ubi in præce-*  
*dentibus numeris infini-*

6 ta ad hoc adducit iura,  
 vnde sequitur, quod non  
 sequuta ratihabitione,  
 non per hoc actum in fa-  
 uorem creditoris cele-  
 bratum, annullari debet  
 nimirum in eius fauorem  
 introductum, in odium  
 retorqueretur, contra  
*text. in l. quod fauore C. de*  
*legibus, & introducta in*  
*augmentum; diminutio-*  
*nem operetur contra*  
*tex. in l. leg. gener. ff. de leg.*  
*prestandis. Surd. in decis.*  
*44. num. 8.*

7 Secundo, confirmatur  
 ex illa recepta Doctorū  
 conclusione, vt quando  
 actus annullatur, quia cer-

ta sollempnitas à iure, vel  
 partium conuentione sta-  
 bilita, non interuenit, &  
 hoc in fauorem alicuius,  
 valet actus, si ille in cuius  
 fauorem fuit introducta,  
 sollempnitas consentiat, vt  
 actus valeat *Bart. in l. 1.*  
*S. sed si filius, ff. de legat. 2.*  
*Iason in l. cum hij S. cum*  
*transactione ff. de transa-*  
*ctionibus, & in l. de posth.*  
*C. de bonorum possess. con-*  
*tra tabulas l. 2. in 5. nota-*  
*bili C. de iure emph. Anch.*  
*in d. cons. 141. Tiraquell.*  
*in l. connubial. Gloss. 8. n.*  
*93. cum pluribus sequent.*  
*& in l. si unquam in ver-*  
*bo reuertatur num. 10. C.*  
*de recusandis donat. con-*  
*cordantes adducit Surdus*  
*in dec. 70. nu. 24. vers. &*  
*est regulare, Putius in de-*  
*cis. 8. & 36. lib. 2. David*  
*Doring. in Bibliotheca l.*  
*C. lit. A. in verbo actus, n.*  
*41. ubi per verba, actus*  
*inductus fauere alicuius,*  
*quando annullatur talem*  
*habet conditionem anne-*  
*nam, si scilicet voluerit is*

*cuius fauore agitur, Galerius de auctoritate legati à latere lib. 3. nu. 203. Philippus in cap. cum Bertoldus de re iudicata, Doctores in l. 2. C. de iure emphyteot. hactenus Doringius, Matth. vbi latissime addentes in singulari 155.*

Hæc singularis doctrina, & recepta conclusio probatur. Primò, in *l. cum interdicta C. arbit. sut. vbi minor potest contractum alias inualidum, & factum sine sollemnitate approbare, & aduersarium compellere, vt adimpleat, hoc idem probatur in l. Iulianus S. si quis colludente, & sequenti ff. de contrahenda empt. per quæ iura dixit Bald. in d. l. interdicta, vt contractus nullus, in fauorem alicuius ipse approbare possit, concordantes adducit Tiraquel. in d. Glor. 8. post nu. 41.*

Secundò ex textu in *cap. si qua de re b. vbi glossa, & communiter Docto-*

*res 12. q. 2. vbi si Ecclesia absque Episcopi consensu prædium alienauerit, poterit Episcopus stare conuentioni, & compellere partem, vt adimpleat, & licet iura prædicta loqui videantur in persona priuilegiata, tamen generale est in omnibus personis in quorû fauorem actus annullatur.*

Probatur primò, in *l. 2. in vers. volenti, vbi Glossa, & communiter Doctores C. de iure emphyt. & in l. 2. ff. si ager. vel ligat. vt emphyteoticarius petatur, per quæ iura inquit, ibi Bartol. quod licet emphyteuta per alienationem rei emphyteot. non sollemniter factam rem emphyteoticam amittat, tamen hoc intelligitur, si directus dominus voluerit in cuius fauorem hoc fuit introductum, latè hoc corroborat Tiraquell. in d. vers. reuertatur nu. 10.*

Secundò, confirmatur ex tex.

# Respons. Miscellanicum. 37

rex. in l. filio præterito, ubi  
 glos. & omnes ff. de iniuste  
 rupto, irrito facto testamē-  
 to, & in l. maximum, S.  
 sancimus, C. de liber. prat.

11 Vbi testamentum patris,  
 in quo filius est præteri-  
 tus, tantum redditur nul-  
 lum, in quantum filius vo-  
 luerit, quoniam in fauorē  
 filij fuit introductum, la-  
 tissimè de hoc *Iason.* &  
 reliqui repetentes in d. l.  
*posthumo, Tiraquell. in d.*  
*vers. reuertatur, num. 13.*  
 & in d. glos. 8. n. 91.

Quæ recepta senten-  
 tia extenditur primo, si  
 12 sit adiuncta clausula de-  
 creti irritans actum si ra-  
 tificatio non interuene-  
 rit, nā clausula prædicta,  
 tunc demum nullitatem  
 operatur, si, is incuius cō-  
 modum posita est velit.  
 Ioannes Andreas, Domi-  
 nicus, & alij communiter  
 in *d. de præbendis*, concor-  
 dantes adducit, & sequi-  
 tur *Tiraquell. in d. glos. 8.*  
*num. 95. Regius Consilia-*  
*rius Merlinus, in libr. 1.*

*controuers. forens. cap. 21.*  
*num. 23. vbi in hoc etiam*  
*allegat Sarmient. quibus*  
*adde Puteum in dec. 8. vbi*  
*inquit sic in Rota Roma-*  
*na fuisse decisum, Card.*  
*Tuscanus in lib. 1. practicar.*  
*conclus. litt. A. concl. 145.*  
*num. 9. David Doringus,*  
*vbi supra num. 39.*

13 Secundò extenditur,  
 vt si in contractu adiun-  
 ctum sit, vt si vnus con-  
 trahentium non consen-  
 serit, cōtractus sit nullus.  
 Si vnus deinde cōnsen-  
 serit, nihilominus possit  
 alius stare cōuentioni, &  
 compellere aduersarium,  
 vt adimpleat, ita singula-  
 riter concludit *Anch. in*  
*d. cons. 141. vbi Felin. &*  
*Dynum adducit, quam*  
*doctrinam Tiraquell. in*  
*d. glos. 8. à num. 96. valdè*  
*extollit.*

Sequitur ergo, quod  
 dum pactum prædictum  
 in assignatione redituū,  
 nimirum ratificatio Mi-  
 nici intra certum tempus  
 interueniat, in meum fa-  
 uorem.



*Minico*

uorem sit appositum, non est in voluntate diuersi<sup>o</sup>ri<sup>o</sup>m dicere contractum nullum esse, sed in mea declarare validitatem, vel inualiditatem.

Et dato pactum prædictū in fauorem ipsius Minici, & aliorum de Macario fuisse appositum, tamē iam pactum est adimpletum, & ratificatio interuenit, nam licet ipse Minicus morte præuentus adimplere non valuerit, fuit tamen ab ipsius hæredibus ratificatam, quoniam defuncto Minico, Petrus Macarius iunior, quā eo tempore maior erat, tam proprio nomine, & hæreditario, quā curatorio, contractum ratificauit. Imò, & quatenus opus esset mediante decreto iudicis de nouo redditus ipsos pro extinctione mei crediti assignauit, ut ex instrumento in actis producto apparet.

Est igitur, receptissima Doctorum sententiam; ut

si decesserit is, qui ratificationem facere tenebatur, hæres ipsius ratum habere possit, *l. ab eo, ubi Bald. C. de negotijs gestis, l. si sine, S. si procuratori, ff. rem ratam haberi Dynus in cap. ratum de regulis iuris in 6. & in consil. 15. Bart. in l. honorum, ff. rem ratam haberi, ubi Menoch. in addit. adducit Alciatū, Dec. & alios, Alexad. in l. qui in prouincia, num. 7. ff. si certum petatur, Ang. in cons. 161. Card. Tusc. in lib. 6. pract. conclus. in cap. ratificatio constus. 10 n. 8. Hermosilla ad Gregorium Lopez in l. 48. tit. 5. par. 5. gloss. 1. nu. 3. f. 215. magis in specie, Alexand. omninò videndus in cōf. 136. vel 6. post num. 1. ibi, vel tenetur facere, quod dictus Comes Vgo, seu eius hæres, tantum habeat, & nu. 2. propè finem, vel facere per hæredem Comitis Vgonis ratificari, sicque in casu, in quo Alexan. ibi consuluit express.*

# Respons. Miscellanicum. 39

presè ratificatio Comit-  
tis Vgonis erat promissa,  
& tamen concludit, mor-  
tuo Comite Vgone pro-  
missum adimpleri, si rati-  
ficatio hæredum interue-  
niat.

## SVMMARIVM.

- 1 *Filius minor se obligans pro parte liberando à carceribus, restitutionē in integrum non habet.*
- 2 *Minor utens iure communi, restitutionem in integrum non habet.*
- 3 *Minor faciens actum pium, & qualem quisq; pater familias faceret, restitutionē in integrū non habet.*
- 4 *Minor obligans se mortuo patre debita paternā soluere, restitutionē in integrum non habet.*
- 5 *Mulier obligans se mortuo debita meriti solvere, beneficium Velleiani non habet.*

- 6 *Subleuatur anima defuncti, quando es alienum per hæredem soluitur.*
- 7 *Minor est obligatio filij respectu patris, quam uxoris respectu mariti.*
- 8 *Licet quis pro debito alterius non possit se obligare ad carcerem, tamē filius potest ad hoc se obligare pro patre.*
- 9 *Quod ampliatur, ut ad hoc non sit necesse filio minori dari curatorem*
- 10 *Ampliatur etiam, quamquam pater non reperitur carceratus, sed immineat periculum carcerationis.*
- 11 *Ampliatur tertio, si pater sit carceratus pro causa civili, siue pro criminali.*
- 12 *Ampliatur quarto, si filius dicat aliquam rem in suo posse habere pro liberando patre à carceribus.*

QVAE

## QVAESTIO V.

An filius minor obligans se pro patre, ex capite restitutionis in integrum, obligationem annullare valeat.

**E**X alio capite intendunt aduersarij assignationem mihi factam annullare, nimirum ex capite restitutionis in integrum, quoniam in bonis minorum assignatio ipsa facta fuit.

Sed respondetur vanam, & puerile esse praetensionem, si quidem, ultra quod assignatio praedicta iuridicè ab auo legitimo administratore fuit facta, & deinde à Petro Macario iuniore curatore, & mediante decreto Iudicis confirmata, & nouissimè à Paulo Macario, tam proprio, quam curatorio nomine ipsius Patris Francisci.

Obseruandum erit assi-

gnationem ipsam pro solutione debiti paterni, & auerni, & in vtilitatem, & alimentationem ipsorum minorum factam esse, vt inferius demonstrabimus: & successiuè nullam in integrum restitutionem competere, recepta est enim, Doctorum conclusio, vt quando filius pro liberando patre à carceribus obligatur, nullam ipsi restitutionem in integrum competere. Ita, *Aret. in l. 1. in 2. notabili C. de filio familias minore, & ibi Salic. in fine, Castrenf. nu. 2. idem Castrenf. in conf. 52. in fine vol. 2. Affli. in Const. Regni minorum iura num. 18. Riminal. senior in conf. 77.*

n. 16.

# Respons. Miscellanicum. 41

nu. 16. *Marant. in tract. de multipl. alien. num. 30. Gratian. in lib. 1. discept. forens. cap. 108. num. 41. Ant. Gomez variarum resolution. lib. 2. c. 13. n. 19. Moned. Lopes, & alij, quos adducit, & sequitur Palaex de maioratu par. 4. q. 1. limit. 4. num. 5. & num. 19. cum pluribus sequentibus, Conf. Paschal. inquiriens sic fuisse decisum in tract. de viribus patrie potest. par. 1. c. 6. nu. 123. Mans. in tract. de causis exequutiuis ampl. 10. nu. 27. Reg. Const. Merlin. in lib. 1. controvers. cap. 39. num. 17. Ant. Fab. in suo C. lib. 2. tit. 14. diffinit. 1. sic etiam fuisse decisum in Rota Romana, testimonium facit *Lodovs. decis. 120. Stephanus Gratian. in d. cap. 108. n. 43.**

2. Hæc recepta sententia confirmatur, primò, nam quando minor utitur iure communi, & facit illud, quod à lege permittitur, restitutio in integrum

non datur *l. f. C. de integ. rest.* Sed filius minor patre carceratum, vel ab hostibus captum liberare tenetur, imò de necessitate ad hoc cõpellitur, aliàs à patre exhæredari potest, & alimētis privari, *S. aliud quoque capitulum aurb. ut cum de appell. cognos. Castrens. in d. conf. 52. in fine, vol. 2. Afflic. in dec. 308. n. 25. Ant. Enrig. de fideius. c. 7. à num. 356. Merl. in dicto cap. 39. num. 16. igitur.*

3. Secundò, verisimum est iuris assumptum, minorem facientem actum pium, laudabilẽ, & qualem quisque pater familias faceret, in integrum restitutionẽ non habere, *l. verum s. sciendum, ff. de minor. d. l. fin. latè Odu de rest. in integrum q. 23. ar. 12. num. 52. & 54. & alij omnes supra allegatis, diximus in secundo respons. numer. 24. sed actus pius, & laudabilis est liberare patrem à car-*

F cere,

cere, vel ab hostibus captum redimere, vt in *in d. S. aliud, & Doctores & supra allegati, & forius* laudabilis actus est liberare animam partis post eius mortem soluendo aēs alienum creditoribus, vt vna cum *Preside de Franchis, Gaballo, & alijs* inferiùs dicemus.

- 4 Hæc recepta sententia ampliatur primo, etiam, si filius mortuo patri, ex se obligauerit debita patris soluere, nam ad hæc nulla restitutio in integrum datur, quoniam in hoc casu patris honor dicitur causa necessaria, & utilis filio, vt bene considerauit *Rota Romana apud Martinum Andream in decis. Rota 29. num. 9.* & hoc ne post mortem fraudulosus detegatur pater, vt aduertit *Mart. Andr. in d. num. 6.*

- 5 Hæc prima ampliatio, confirmatur ex optima *decis. S. C. Neapolitani pe-*

*nès francum 237.* vbi mulier mortuo marito se obligauit, debitum creditoribus mariti soluere, & per S. C. fuit decisum, nulum Velleiani beneficiū mulieri competere, ea potissimum ratione, nam si mulier vt maritum à carceribus liberet redotalem alienare, & se obligare potest *l. quāuis ff. solut. matrim.* à fortiori, vt liberet animam mariti, quoniam inquit *text. in d. ff. vnum ex prædictis vers. ipsum quoque autb.* vt cum de appellatione cognoscitur, subleuari animas defunctorum, per solutionem eris alieni, *tex.* istum adducit *Franchis* in supra allegata *dec. 137. n. 1. cum seq. Petrus Gaballus in consf. 2. num. 4. volum. 1. Paschal. de viribus patriæ potestatis par. 5. cap. 5. nu. 18.*

- 7 Sequitur ergo, quod si mulier, se obligando pro marito post mortem ad exemptionē conscientie ipsius

# Respons. Miscellanicum. 43.

ipſius mariti, Velleiano non iuuatur, tantò minùs filius minor beneficioreſtitutionis in integrum, quoniam maior eſt obligatio filij reſpectu patris, quam vxoris erga maritum, *Diuus Thomas in 2.2. q.26. ar.11. & in 3. ſententiarum diſt.29.q.7. ad 5. Garſa, & Corduba,* quos adducit, & ſequitur *Surdus de aliment. tit. 1. q.95.* hoc eſt quoniã natura ad hoc faciendum, filium compellit, à quo genitus, & alitus eſt. & ad illud Sac. Scripturæ, relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, reſpondent ſupradicti patres, procedere quoad communionẽ, & habitationem, non autem, quoad reuerentiam, & ſubventionem.

Augetur conſideratio, ſi tenet obligatio mulieris, & filij pro liberando marito, vel patre à carcere, eo viuente, à fortiori ualere debet eo defun-

cto, quò in caſu, omnis ſuſpicio reuerentialis, & metus ceſſat, vt aduertit *Fræc, & Gaballus paulò ante allegati.*

Secundò ampliatur, vt ſi licet filio, ſe obligare  
 8 ad carcerem pro debito patris, quò in caſu iuris diſpoſitio repugnare videtur, quoniã ex ea obligatione ſeruitutis ſpecies inducitur, vt in *l. Titio cõſum S. Titio 2. ff. de cond. & demonſtrat. notatur in l. ob et C. de actionibus, & obligat. gloſ. et Doctores in l. alia cauſa, S. elegãter, ff. de dolo, et fideiuſſoria obligatio non valet, ſi aliud in ea contineatur, vel plus, quàm in obligatione principali, *l. græcè S. illud ff. de de fideiuſſor.* tamen filius poteſt obligare ſe in carceribus, donec pater certam quantitatem debitã non ſoluerit, ſingulariter conſuluit *Paulus de Caſtro conſ. 52. nu. 4. vol. 2. ſequitur Palatius, Runuus in rubr. de donatia. inten**

# 44 Io. Dominici Coscia

*uirum, & uxorem* §. 2. num. 4. *Paschal. de viribus patr. potest. p. 1. c. 6. n. 123 vers. et hoc validum esse, & post omnes Peregr. decis. 51. num. 6.*

9 Tertiò ampliatur, vt non requiratur, vt filio familias minori curator datur, vt bene considerat *Ant. Faber in d. lib. 2. tit. 14. diffinit. 2. post ipsum Paschal. in d. c. 6. n. 123.*

10 Quartò ampliatur, vt non solum possit se obligare, vt liberet patrem in carceribus existentem, verum etiam, si imminet periculum carcerationis, nam, & in vtroque casu pietatis ratio versatur, *Riminal. senior in d. consil. 77. & sic fuisse decisum refert Ludouif. in d. decis. 120. num. 9. Merlinus, Gratus, & alij proximè allegati.*

11 Quintò ampliatur, siuè pater reperiatur carceratus pro causa criminali, siuè pro ciuili, *Paulus de Castr. in d. consil. 52:*

*Ludouif. in d. decis. 120. num. 8.*

Sextò ampliatur etiã, si filius dicat debitam pecuniam, vel aliam rem in suum posse retinere pro ipsorum creditorum securitate, nam in hoc casu obligatur *Ant. Faber ubi supra diffinit. 3.*

Apparet igitur, ex capite restitutionis in integrum, non licere Patri Francisco assignationem à suis curatoribus, vel parentibus mihi factam annullare.

## SVMMARIVM.

- 1 *Conditio indebiti vendicat sibi locum, siuè agatur de repetendo indebitè solutum, siuè annullanda obligatione indebiti promissi.*
- 2 *Paria sūt soluere, et promissio de soluendo.*
- 3 *Titulus digestorum, et C. de condit. indebiti recessit ab aula secundum opinionem aliquorum.*

4 *Con-*

# Respons. Miscellanicum. 45

- 4 *Conditio indebiti, non habet locum, quando ex causa pietatis indebitū est solutum.*
- 5 *Solvens, vel promittens dotem per errorem, cōditionem indebiti non habet.*
- 6 *Traditur intellectus ad text. in l. cum his S. si mulier ff. de cond. indebiti.*
- 7 *Favore pia causa indebiti repetitio cessat.*
- 8 *Legatum relicū ad exonerationem conscientia multa habet privilegia.*
- 9 *Cessat repetitio indebiti, quā is, qui recepit est verē creditor, licet, qui solvit non sit debitor.*
- 10 *Conciliatur text. in l. repetit. ff. de cond. indebiti, & sex. in l. 5. C. de cond. indebiti, & in l. si pater, §. 1. ff. de condit. indebiti.*
- 11 *Solutio in dubio potius praesumitur facta nomine veri debiti, quā nomine proprio.*

## QVAESTIO VI.

An filius minor solvens debita Patris, vel se obligans soluere, ex capite conditionis indebiti solutum repetere valeat, vel obligationem annullare.

**N**Eque licebit, ex alio capite, nimirum conditionis indebiti repetere à me exactum in cōpotum mei crediti à rebus hereditarijs ipsorum

de Macario, neque per conditionem indebiti petere liberari hereditatem à residuo mei crediti. Si quidem conditio indebiti non solum vendicat



# 46 Io. Dominici Coscia

dicat sibi locum, vt solutū  
~~non~~ indebitè repeti possit,  
 sed etiam à promissione  
 indebitè facta debitorē  
 liberari, *l. si non transact.*  
*C. de iuris, & facti igno-*  
*rant. l. si qua C. de nūm.*  
*pecun. l. indebitam C. de*  
*fideius. l. fin. C. de solut. l.*  
*final. C. de cond. ex l. qui*  
*sine. ff. de cond. causa data,*  
*l. penultima §. si mulier,*  
*ff. soluto matr. magistraliter*  
*Alex. in conf. 102. n. 8.*  
*volum. 1. Card. Tusch. in*  
*lib. 4. practicarum concl.*  
*conclus. 84. nu. 17. cuius*  
 ratio esse videtur, quoniā  
 in toto penè iure pares  
 solēt esse, dati, & promissi  
 2 rationes, *l. finali C. ad le-*  
*gem falcid. l. si patronus,*  
*ff. de donat. Dec. in l. unica*  
*num. 5. C. de errore calcu-*  
*li, sed ille, qui indebitum*  
 soluit solutū repetit, igitur,  
 idem asserendum  
 erit, si per errorem pro-  
 misit.

Nam respondetur; &  
 primò, *si Salic. in rub. ff.*  
*de cond. indeb. & Alex. in*

3 *conf. 83. in fine volum. 1.*  
 credimus, conditionem  
 indebiti, & titulum dige-  
 storum, & *C. de conditio-*  
*ne indebiti* ab aula recep-  
 sisse, eos sequitur *Muta*  
*in dec. 28. n. 9.*

Secundò respondetur,  
 dato indebiti repetitionē  
 4 esse in virili obseruan-  
 tia, tamen non vindicat  
 sibi locū, quando ex cau-  
 sa pietatis indebitè est  
 facta solutio, quia tunc  
 repetitio non datur *Bal.*  
*in l. ea C. de <sup>conditio</sup> p~~romissione~~ inde-*  
*deb. Zabar. in Clement. 2.*  
*§. 1. num. 17. de peniten-*  
*tijs, et remissionibus, Rom.*  
*in conf. 428. num. 2. verbo*  
*in proposito tamen, Card.*  
*Tusch. in d. concl. 84. n. 2*  
*Card. Albanus in lucubra-*  
*tionibus ad Bart. in l. si me*  
*putem, ff. de condit. indeb.*  
*Bald. Nouell. in tract. de*  
*dote p. 1. priuil. 44. Andr.*  
*Clūd. de condit. indeb. c. 4*  
*n. 88. Petrus Glizennius in*  
*rubr. C. de cond. indeb. nu.*  
*. . . Sebast. Hermold. in*  
*repertorio sententiarum*

*som.*

# Respons. Miscellanicum. 47

*tōm. 2. lit. I. nu. 390. vers. secundo, Muta in dicta decis. 28. num. 11. Petrus Nicolaus Motius in tract. de contract. in tit. de cond. indebiti col. 2. num. 9. Tiraquell. in tract. piæ causæ priuileg. 119. & 175.*

Hæc recepta sententia apertè probatur, in l. 5 *cum is, s. si mulier, ff. de cond. indeb.* mulier enim in illo textu, cum in opinione esset, vt crederet se p. dote puellæ obligatâ esse, dotem pietatis officio functa, dotem puellæ dedit, sed deinde apparuit, se ad dotem nō obligatam, inquit Iulianus, mulierem datum, repetere non posse, rationem assignat, quoniam sublata falsa opinione, quæ causa fuit dandæ dotis, causa pietatis superest ex qua solum repetiti non potest, pietatis enim ratio efficit, vt indebiti soluti cesset repetitio.

Et erit obseruandum pro vera intelligentia di-

cti *s. si mulier*, ibi, dotis causam piam esse, non ex se, sed si à matre, vel sorore, vel alia coniuncta persona soluta fuerit, vt aduertit *Dionys. Godofred. in d. s. mulier*, & in noua glossa, vnde inquit ex auctoritate *Cuiac. s. ipsū mulier, incipere debere, mater*

Si hoc est, quæ maior pietas potest considerari in patre respectu filij, & in filio respectu patris, quæ in casu nostro verificatur: dum debitum ab ipsis de Macario, fuit solum, & ad soluendum se obligarunt ad exonerationem conscientiæ parentum, & vt ipsorum animam liberarent, vt constat ex ijs, quæ in præcedenti quæstione dixi.

Augetur responsio, si fauore piæ causæ indebiti repetitio cessat, à fortiori in casu nostro, in quo fuit facta solutio, & obligatio ad exonerationem conscientiæ, & vt ani-

# 48 Io. Dominici Coscia

anima parētum subleuetur, quæ causa quid specialius, & favorabilius ceteris pijs relictis cōtinet, *Andreas de Ifernina in cap. 1. num. 8. vers. quid si an agnatus*, quem adducit, & sequitur *Rusticus in l. cum aures lib. 2. cap. 3. num. 9. & 33. & nouissimè dominus Io. Maria Nou. olim Auditor meus in tract. de malè ablati.*

Hoc patet in pluribus ut constat ex ijs, quæ plena manu scripserunt *Rusticus in d. c. 3. Carros. in decis. 7.* & eruditissimus, elaboriosissimus *Dominus Nouarius in supra allegato tract. præsertim*, nam licet fauore piæ causæ, legitima filiorum non  
 8 minuat *l. si qua mulier C. de Sacros. Eccles. c. fin. 17. quæst. fin.* tamen legatum relictum ad exonerationem conscientiæ, legatimā ipsam minuit, *Bald. in l. final. num. 22. C. si à non comp. iud. Ang. Salic. & alij plures, quos*

adducit, & sequitur *Rusticus in d. c. 3. n. 7.*

Tertiò respondetur, dato in difficultate, de qua agitur cessare pietatem, & successiue, indebiti cōditionem sibi locum vindicare, tamen adhuc cessat repetitio, nam inter alios casus, qui  
 9 plures sunt, in quibus indebiti repetitio non datur, ille est præcipuus, quando is, qui recipit sit verè creditor, licet ab eo receperit, qui debitor nō erat *l. repetitio ff. de condit. indeb.* cuius verba hæc sunt, *repetitio nulla est ab eo, qui suum recipit, tam si ab alio, quam verè debitorè solutum est.* <sup>7tio</sup>

Et licet aduersari videtur *text. in l. 5. C. de cond. indeb. & in l. si pang. S. 1. ff. de condit. indeb.* ubi ille, qui soluit repetit, & si alius creditoribus sit obligatus, & plures traduntur concordiæ, ut constat his, quæ plena manu scripsit *Carriagenus leg*

# Respons. Miscellanicum. 49

*conciat. & vnam inter aliam, tradit Petrus Stella in repetitione d. legis repetitio, & in eo versatur, vt text. in d. l. repetitio intelligatur, vt non detur repetitio, quando quis, quod suum est repetit; idest illud cuius est dominus, nec refert, quò nomine, aut à quò recipiat. Sed text. in d. l. 5. §. F. intelligitur, quando creditor recipit rem debitam, sed ab illo, qui non debet.*

*Sed hæc concordia Petri Stellæ cõfunditur ex verbis eiusdem l. repetitio, ibi tamen, si ab alio, quã à verò debitore solutũ est sed nomẽ debitoris cõuenitur rei debitæ actione personali, non autem rei, quæ nostra est.*

*Hinc singulariter scriptum reliquit Bald. in l. cum fideicommissum C. de fideicom. vt si creditor suis debitoribus liberationem reliquit, non continetur, qui res proprias*

*testatoris possident, contra quos reiuendicatione agendum est, l. Aur. S. Mauia, ff. de liberat. legat. vnde meritò Stella reprobat per Donellum infra citandum, & eruditè per Zasium in apologia, quam ad hoc, aduersus Petrum Stellam adidit.*

*Vnde communis doctrina, & concordia est illa quæ per Glosam traditur in pluribus locis, nimirũ in d. l. si pene, §. 1. de cond. indeb. vbi Bart. & Alex. in addit. seu summano, ibi Alber. Paulus de Castro, Angel. Iason, & alij, Glosa in l. si à patre C. de cond. indeb. in l. de hereditate C. de petitione heredi. glosa in l. que utiliter S. 1. ff. de negotijs gestis, in l. in summa §. final. in verb. indubitum, ff. de cond. indebisi, inquit Glosa, & supra allegati Doctores, aut. n. is, qui soluit, quod alius debet, suo nomine soluit, & tunc repetitio competit*

G tit

tit, & verus debitor non liberatur, & in his terminis loquitur *tex. in d. lege si pena §. 1. in d. l. in sūma §. finali. in l. si à patre C. de cond. indeb. in l. si quid possessor ff. de pet. hered. & in l. eum qui §. de pecul. 2. ff. de solut.*

Aut enim, nomine veri debitoris soluit, seu veri debiti, & in hoc casu cessat repetitio, & in his terminis procedit *text. in d. l. repetitio*, & alia iura supra allegata: hanc receptam distinctionem sequitur Zafius in supra allegata apologia, ubi propè finem de communi testatur *Cuiac. in lib. 8. obseruationum cap. 8. Donellus in lib. 14. commentariorum iuris ciz. Petrus Ghizzennius in rubr. C. de cond. indeb. n. 27. Mozzius ubi supra num. 10. & seq. Andreas Clud. de cond. indeb. cap. 1. n. 38 & cap. 4. num. 95. Vanus in lib. 3. variarum resol. tract. 3. par. 2. q. nona Vl*

*tons Borcbores, Borasten, Barius, & alij plures, quos adducit, et sequitur Ioannes Baptista Apprestus in §. his quoque nu. 38. in sit. quibus modis contrahit obligatio.*

Discriminis ratio est, in primo, & secundo casu, nam vt debitum dicatur, duo copulatiuè requiruntur, nimirum, vt vnus sit, cui aliquid debetur, & alius, qui debet. Igitur, in primo casu, si quis soluat suo nomine, quod non debet, licet illi, qui verè creditor est soluatur, indebitum est, & successiuè datur repetitio.

Secundè verò casu, quando quis nomine debitoris, seu veri debiti soluit, prout est in controversia nostra, dum debitum nomine veri debiti Gasparis Macarij per illos de Macario fuit solutū, & de iure fieri potest sicq; permittitur, vt quis quod alius debet soluat, etiam inuito

# Respons. Miscellanicum. 51

inuito debitore. *l. soluen- do ff. de negotijs gestis l. so- lutione, et l. solvere, ff. de solut. vnde habetur equè, ac si à debitore creditori esset facta solutio, & suc- cessiuè debitor liberatur, & repetitio cessat.*

Neque obstat, si aduer- sus hanc Doctorum recõ- ciliationē opponatur de generalitate dictæ legis repetitio, indistinctè, & generaliter loquentis, nā respondetur, legem quā- tumcunque generalem, restringi, seu limitari ex ratione iuris manifesta, *l. cum pater s. dulcis. ff. de legatis 2,*

Hæc recepta senten- tia ampliatur, vt in dubio solutio, potius nomine veri debitoris, seu debiti, quam proprio facta intel- ligatur, & successiuè re- petitionē non dari *Bart. Angel. Castrens. et alij in d. l. si pena s. 1. Mozzius ubi supra num. 11.*

Desumitur ergo, quod dum solutio à supradictis

de Macario mihi credito- ri nomine debitoris, seu veri debiti sit facta, om- nis cessat repetitio.

## SVMMARIVM.

- 1 *Pecunia numerata patri et in alimentationem filiorum versa, ab ipsius filijs diuitibus repeti potest.*
- 2 *Pater pauper filium alere non tenetur.*
- 3 *Filius alitus pecunia mu- tuata patri, ex pecunia creditoris, dicitur effe- ctus locupletior.*
- 4 *Res vnus iscta de nauis, causa leuanda nauis, ab illis, qui habeat res saluas in nauis, peti pos- sunt.*
- 5 *Pecunia mutuata procu- ratori, et in utilitatem domini versa à domi- no, peti potest.*
- 6 *Si impeditus soluen- do non sit, contra prin- cipalem debitore actio datur.*
- 7 *Pecuniam numeratam*

## 52 Io. Dominici Coscia

- marito, et versam in utilitatē uxoris, uxor diues soluere tenetur.*
- 8 *Dispositiones, ut supra posita ampliatur, etiā si pecunia non sit versa pro alimentis, sed pro alijs necessarijs.*
- 9 *Secundo ampliatur, etiā si filius nō sit haeres patris.*
- 10 *Ampliatur tertio, si pa-*
- ter non accepit pecuniā in mutuo, sed merces emit, et vendidit, et in alimenta filiorum conuertit.*
- 11 *Quarto extenditur, ut creditores nō teneatur probare pecuniam esse versam in alimentacionem filiorum, et explicatur, quomodo hoc intelligatur.*

# QVAESTIO VII.

An filius diues teneatur soluere pecuniam mutuam patri pauperi, si ex pecunia ipsa filius sit alitus.

- V**lterius, ex alio probatur, pecuniam mihi solutam, nullo modo posse dici indebitam, etiam respectu ipsorum soluentium, si quidem pecunia à me supradicto Gaspari diuersis temporibus mutuata, ad alimentacionē, & alijs necessarijs ipsorum Pauli, & Fracisci fuit versa.
- 1 *fa. Vnde receptissima Doctorum sententia succedit, pecuniam mutuata patri, & in alimentacionē filiorum versa, ab ipsis filijs, qui bona materna, vel aliunde quaesita habent, soluendam esse. Bart. per illum text. in l. his solis ff. de cond. indeb. et ibi Ang. num. 2. Iason. n. 25.*

# Responf. Miscellanicum. 53

num. 25. idem Iafon in l. cum feruū in principio ff. de cond. indeb. et l. si me, et Titium ff. si certum pet. Plat. in l. uxorem G. de decurio. lib. 10 Rom. in fingul. 213. Cbrem. in fingul. 36. Cepol. in Caut. 236. Palat. Ruui. de donat. inter virum, et uxorem in rub. S. 66. num. 6. et ibi addentes in additionibus idem in legibus Tauri l. 61. n. 12. Cratus in l. frater à fratre nu. 9. Gama in decif. 366. nu. 6. Surd. de alimentis tit. 8. priuil. 48. à num. 5. et conf. 367. nu. 28. et conf. 420. vol. 3. Caros. in dec. 128. Bezz. de inope debitore cap. 1. n. 33. et feq. Castell. in d. l. 61. Tauri num. 24. Matt. in lib. 5. recopilationū tit. 9. l. 3. glos. 7. num. 5. et tit. 3. l. 9. glos. 4. ubi Adguen. num. 31. inquit fuisse decifum Corduba in l. si quis à liberis S. si quis ex his num. 83. et feq. et nu. 101. usque ad nu. 115. Barbof. in l. si constante num. 52.

ff. foluto matrim. Ceuag. commun. quæftion. 723. num. 41. et quæft. 900. Giurb. in Consuetudines Meffanenses cap. 4. glos. 3. nu. 10. part. 1. Gratian. in lib. 1. difceptationum forenfium cap. 107. à n. 2. et cap. 108. nu. 29. et 713. nu. 6. Aluarez de priuilegijs paupertatis par. 1. quæft. 48. à num. 8. Ioanne Parlad. in ses qui centuria differentia 2. S. 2. n. 2. et 3. Petrus Gaballus in conf. 2. nu. 8. et feq. vol. 1. Pasch. de virib. patr. potest. par. 1. cap. 6. num. 124. Armosilla ad Gregor. Lopes par. 5. tit. 1. l. 5. glos. 2. num. 6. volum. 1. fol. 36. Hanc esse magis communem opinionem, sic fuisse decifum testatur Flores dias de Mena in add. ad Ant. Gama in decif. 186. Ad cōfirmationem huius receptæ sententiæ, adducitur, primo pater pauper, filium alere non tenetur l. si quis à liberis ff. de liberis agnofcendis imò



## 54. Io. Dominici Cofcia

imò filius tenetur alere patrem. Igitur, si in hoc casu pater alit filium, illud efficit, ad quod alias de iure non tenebatur, & successivè in vtilitatem filiorum pecunia mutua- ea dicitur versa, & consequenter, pecuniam ipsam creditor actione de in rem verso à filijs repetere potest, vt singulariter probatur in *l. ei qui §. alioquin C. quod cum eo*, ubi Baldus inquit, textum similem alibi non reperi- ri.

3 Secundò, dum filius à patre paupere non erat alendus, & ex pecunia, patri mutuata sit alius, nulli dubium est, quod ex pecunia creditoris sit effectus locupletior. Igitur poterit creditor ab eo repetere, vt optimè probatur in *l. si me, et Titium et in l. si cum seruum ff. si certum petatur*, ubi si res mea mihi debita ex causa lucratiua ad te puenit, ne cū iactura mea locu-

pleteris à te condicere possum, etiã si inter me, & te nullus contractus, vel quasi interuenisset, & ex hoc notabiliter scriptum reliquit Cynus quem refert, & sequitur Bald. in *l. 7. C. de reput. vt si minor aduersus venditionē factam pro soluendo debitum ipsius minoris, absque restitutione pretij restituatur, poterit emptor ab eius creditore pretium, quod habuit ex causa lucratiua repetere arg. l. fin. ff. de eo per quem factū erit l. planè 2. huius nominis §. 1. ff. de legatis 1.*

4 Tertiò, accedit tex. in *l. 2. verb. equissimum ff. ad l. Rodiam de iactu*. ubi si causa leuandę nauis merces alicuius sint iactę, illi qui proprias merces saluas in ea habent, damnum resarcire tenentur; reddit rationem, ibi Iureconsultus, quoniam equissimum est, commune detrimentum fieri eorum,

# Respons. Miscellanicum. 55

rum, qui propter amissas res aliorum consequuti sunt, vt merces suas saluas haberent.

Quartò, stringit *tex. in l. qui seruo S. fin. C. quod cum eo*, vbi si pecunia  
 5 mutuata procuratori, vel negotiorū gestori in rem domini versa sit, mutuans aduersus dominū actionem habet, ita in proposito aduersus filios, dum pecunia in eorum commodum fuit versa, actio dirigitur.

Vltimò, suffragatur *tex. in d. l. finali §. 1. ff. de eo per quem factum*, vbi si  
 6 impeditus non soluendo sit, contra principalem debitorem actio datur.

Conclusio supra firmata, extenditur, primo in  
 7 vxore, vt ipsa soluto matrimonio, si bona mariti non supersint, teneatur de bonis suis debita à viro contracta ad ipsam, & familiam alendam soluere. quoniam eadem profusus est vtriusque quæstionis

decisio, & ratio, vt bene aduertit *Surd. de alimentis tit. 8. priuileg. 48. num. 6.* & omnes Doctores, quos supra in principali conclusione citauimus, loquentes de filio, præsertim *Ioannes de Platona in Lxorē C. de decurionibus. lib. 10. Marius Giurba in Consuetudines Messanenſes cap. 9. glos. 3. n. 10. par. 1. Zenaglos communes & contra communes quæst. 727. à num. 45. vsq; ad 94. Gratianus in d. c. 107. et 108. in lib. 1. disputationum forensium, c. 6. 7 13. tom. 4. Stanſupus Castil. Bella, Corduba, Gãma, Matthienſis, Azeuedus, Robellus, *Surd.* quos adducit, & sequitur *Gabriel Aluares de Velasco de priuilegijs pauperum par. 1. q. 48 num. 9.**

Secundò extenditur, vt non solum habeat locum pro expensis à patre in alimentis ad vitam omninò necessarijs pro filio factis, sed etiam pro factis ad

# 56 Io. Dominici Cofcia

ad status conseruationē,  
*Ant. Gama in decis. 367. num. 6. Velascus, vbi supra num. 10. Armosilla in d. glos. 2. nu. 9.* assignat rationem, quoniam honor, & vita in iure equiparantur, *l. iusta causa ff. de manumissis vindicta hysti quidem §. quod si dederit ff. de eo quod metus causa; & ex hoc concludunt, vt teneatur vxor in expensis à marito factis in emendo, substinēdoq; currū, si id, eius conditio deposcat.* *ex Surdo in d. conf. 367. num. 28.*

*f. ex hoc*

9 *Tertio* extenditur, etiā si filius patris hæreditatē repudiauerit, quoniam obligatio hæc non ex hæreditatis aditione conseruitur, sed *ex eo, quod mutuum illud acceptum à patre in eius vtilitatem est versum, & illius occasione locupletior factus est, vt ex Cremenop, & Bèza concludit Sanchez de matrim. lib. 9. disput. 4. num. 28. ver. & retenta*

*hac sententia, quibus adde Armosillam in d. Glos. 2. num. 8.*

Quartò extenditur, etiā si pater non pecuniam accepit in mutuum, vt filios pateret, sed etiam *10* si merces emptas recipiat, easque, vt illos alaturuendit, nam adhuc pro eiusmodi debito, filij conueniri possunt, *Surd. in d. conf. 420. à num. 2. Velascus in d. q. 48. n. 13. Armosilla proxime allegatus num. 10. adducunt rex. in l. si ipsa res ff. de eo quod metus causa.*

Quinto extenditur, vt creditores, qui mutuarunt pecuniam patri, non teneantur probare pecuniā ipsam in alimentationem filiorum expensam esse, sed satis de hoc constare *11* videtur, si pater sit pauper, & redditus tenues, qui ad sustentationem familiæ non sufficiebant, *ita Surd. in d. conf. 367. num. 28. Gama in decis. 267. nu. 6. Muta in decis.*

# Respons. Miscellanicum. 57

94. num. 33. *Armostilla paulò ante allegatus numer. 12.*

## SVMMARIVM.

- 1 *Salarium creditori debetur, si à debitore nomina, & annui redditus ipsi fuerint assignata.*
- 2 *Creditor, cui nomina debitorum, & bona assignantur, ut ex redditu creditum exigat, ea colere, & de eis curam habere tenetur.*
- 3 *Labor non debet esse vacuus mercede.*
- 4 *Salaria regulantur eodem modo, ut expensæ, quæ in rebus perficiuntur.*
- 5 *Expensæ, quæ perficiuntur per heredem gravatum in exigendo nomina hereditaria, inter necessarias numerantur.*
- 6 *Nomina debitorum ab uxore marito data, expensis uxoris exigenda debent.*
- 7 *Si quis aliquo respectu motus, vel necessitate coactus obtulit se servare alicui sine salario, de iustitia, & conscientia ipsi salarium debetur.*
- 8 *Promittens reficere expensas, tenetur etiam ad salarium.*
- 9 *Quantitas salarii in iure expressa non reperitur.*

## QVAESTIO VIII.

Utrum salarium creditori debeatur, cui à debitore nomina, & redditus fuerint assignati.

**R**euocatur in dubium, an mihi salarium de-

beat, & illud, quod à me procuratoribus fuit so-

H lu-

lutum ad exactionē red-  
dituum mihi assignatorū  
à supradictis de Macario,  
& conclusiuè proceden-  
do affirmatiuè respōdeo,  
nam sic fuisse decisum,  
testatur *Excobar. de ratio-*  
*cinij's cap. 27. nu. 60.* mo-  
uetur *ex textu in leg. fin.*  
*S. fin autem tempore vers.*  
*& licet, iuncta glosa in*  
*verbo recuperare C. de iu-*  
*re dominij impetrando,*  
habetur ibi, quod si per  
sententiam iudicis bona  
debitoris creditori fue-  
rint adiudicata non ob-  
stante, quod creditor sit  
effectus dominus, tamen  
ex equitate debitori per-  
mittitur creditum, vna-  
cum vsuris, & damnis of-  
ferre, & res ipsas recupe-  
rare; ex illa particula do-  
minus, desumit *Excob. q.*  
*p* hęc verba: Dānū pate-  
re creditor, si laboris  
istius prēmium non ac-  
ciperet, & per istum tex.  
ita iudicatum vidi in hac  
regali Cācellaria in pro-  
pria causa, in rationibus

namque cuiusdam meī  
debitoris in sex millium  
morapetiurorum summa,  
mihi fuit in computis ac-  
cepta pro labore cuiusli-  
bet anni, in quo bona il-  
lius possedi, ex causaque  
iudicati addicta admini-  
strauī, licet in terminis,  
nūquam potui inuenire  
decisionem, neque do-  
ctrinam magis expressam  
& hanc reputeo verissimā  
sentētiam, siquidem pra-  
xis eam confirmauit, &  
quotidie obseruat, hęc  
ille.

Ex cuius theoricā, alia  
desumitur ratio, creditor,  
cui bona debitoris assi-  
gnantur, vt ex redditu ip-  
sorum creditum exigar,  
res prædictas colere, &  
de eis curam habere te-  
netur, *l. prator ait d. est*  
*præterea vers. in eum ff.*  
*de bonis auth. iud. possess.*  
Igitur, cum in hoc credi-  
tor laborare debeat, &  
labor nō debeat esse va-  
cuus *Mercede, l. Scio ami-*  
*co ff. de annuis legatis;*  
con-

+ restur

# Respons. Miscellanicum. 59

consequens est, vt creditori, qui in administrādis rebus debitoris laborauit prēmium, siuè salariū pro huiusmodi administratione suo periculo faciēda constituatur.

Tertiò, ex alio probatur salariū mihi deberi, & alagium solutum in instrumento celebrato in anno 1625. inter alia fuit conuentum, vt expensæ, quæ in exactiōe prædicta factæ fuerint ab ipsis de Machario reficerētur: Igitur & salariū debetur. Quoniam salaria regulātur eodem modo, vt expensæ *Bald. in l. si quis sciens num. 1. C. de re iudicata, Tiraquell. Couar. Boer. Beza, & alij*, quos in proprijs terminis adducit *Reg. Valenzuela in conf. 156. n. 67. vol. 2.* creditum enim, seu lucrū dicitur deductis expēsis, & estimatione laboris *Gloß. in l. per diuersas C. mand. Doctores in l. illud C. de collat. Ant. Gama*

*in dec. 110. n. 26. Valenzuel. ubi supra num. 68. ubi in num. sequenti, inquit, lucrum solum dicitur, quod superest deducto omni dāno Bar. in l. Mutius, et l. sed si addicatur, ff. pro socio notatur in l. 3. ff. in rem ver.*

Et *Peregr. de fideicom. art. 50. num. 14.* ita loquitur: *Impense quoque factæ in exigendo nomina hereditaria inter necessarias numerantur, quoniam heredes in culpa esset, si debitores hereditarios non exigeret, si hares S. final. ff. ad Trebell. & tantum est in nomine, quantum eo cōsequitur deductis expensīs Glossa magna in l. per diuersas C. mandati, quæ ad hoc in questione de marito exigente à debitoribus uxoris in exactiōis, & dotalibus adducit Bart. in l. 1. §. necessaria, ff. de impensīs in rebus dotalibus factis, hætenus Peregr.*

Et, quod nomina de-

H 2 bi.

# 60 Io. Dominici Coscia

bitorum data marito in-  
extimata expensis vxoris  
6 debeant exigi, vltra *Bart.*  
*in d. l. i. S. impensa, & in*  
*l. i. C. de bonis maternis* te-  
net *Corn. in d. l. i.* vbi in-  
quit *Bart.* opinionem esse  
magis communem, &  
alios concordantes ad-  
ducit *Garfia de expensis*  
*cap. 13. num. 37.*

7 Ultimò aliud suffraga-  
tur iure receptum est, vt  
fi aliquis, aliquo respectu  
motus, vel necessitate  
coactus obtulit se inser-  
uire alicui sine salario,  
de iustitia, & conscientia  
salarium debetur, prout  
consuluit *Reg. Valenzue-*  
*la in cons. 179. num. 30.*  
*vol. 2.* vbi inquit, quod in  
casu suo bene fecit Ioan-  
nes Volanus suus cliens,  
nè commoditatem amit-  
teret recuperandi, quod  
ei debebatur. Ita ego hãc  
exactionem recepi, ne  
meum creditum amitte-  
rem. Igitur salarium  
debetur, & fortius, nam  
vt supra probauimus mi-

hi à partibus promissum  
videtur, nam promiserūt  
reficere expensas facien-  
8 das in ipsa exactione, qua  
rum appellatione salariū  
venit, vt supra probauim-  
us, & in actis constat,  
quod procuratoribus à  
me cōstitutis ad exactio-  
nem prædictam faciendã,  
fuit solutum ad rationem  
decem pro centenario.

Et quantum debeat ef-  
se hoc salarium, hoc cau-  
tum non reperitur, inquit  
9 *Menoch. de arbitrarijs iu-*  
*dicum casu 512. num. 16.*  
idcirco Iudicis arbitrio  
remittitur, qui quidem  
Iudex considerabit per-  
sonæ qualitatem, & ne-  
gotiorum varietatem, vt  
inquit *Bald. in l. i. in fine*  
*C. mandati*, quem sequi-  
tur *Corn.* & alij, quos re-  
censet *Menoch. in supra*  
*allegato num. 16.*

## SVM MARIVM.

1 *Vera assignatur ratio,*  
*quare pactum de non*  
*non*

# Responſ. Miscellanicum. 61

- non ſuccedendo à iure ſit reprobatum .*
- 2 *Succeſſio iuris publici eſt; ideò pactis priuatorum renunciari non poteſt.*
  - 3 *Conſuetudo diſpoſitionē iuris ciuiliſ tollere poteſt .*
  - 4 *Cōſuetudo Ciuitatis Neapolis Capuani, & Nidi, qua vulgariter dicitur alla noua mānera, vera conſuetudo eſt.*
  - 5 *Nobiles Capuani, & Nidi ſecundum Conſuetudinem ipſam matrimonium contrahere videtur .*
  - 6 *Conſuetudine induci poteſt , ut pactum de non ſuccedendo valeat.*
  - 7 *Conſuetudo vnius loci ad alium locum non extenditur .*
  - 8 *Conſuetudo ſtricti iuris eſt , & de perſona , ad perſonā nō extenditur .*
  - 9 *Conſuetudo facti eſt , & ideò probari debet , & quomodo debeat probari, remiſſiue .*
  - 10 *Pacta dotalia, quoad dō-*
- tem reſtituendam , vel lucrandam valida ſūt, ſed de ſucceſſione amit-*  
*tenda , vel acquirenda inualida.*
- 11 *Pactum de non ſuccedēdo in iure ciuili impro-*  
*batur , & ſi in eo iura-*  
*mentum ſit appoſitum.*
  - 12 *Et ſi de iure canonico pa-*  
*ctum prædictum cōfir-*  
*matur iuramento.*
  - 13 *Iuramentum in diſpoſi-*  
*tione dicti c. quamuis*  
*pactum, requiritur pro*  
*forma renunciationis ,*  
*& ſubſtantia ipſius.*
  - 14 *Illud quod pro forma*  
*requiritur, per aequipol-*  
*lens adimpleri non po-*  
*teſt .*
  - 15 *Ideò formaliter debet*  
*praſtari, & non ſufficit*  
*ſi renuncians dicat, ſub*  
*periculo animę meę pro*  
*mitto.*
  - 16 *Neque ſufficit , ſi quis*  
*verbo tenuſ iurauerit.*
  - 17 *Iuramentum diffinitur.*
  - 18 *Aliud eſt ius iurandum,*  
*& illud promitto ſub*  
*iuramento.*



## 62 Io. Dominici Coscia

- 19 *Fidei præstatio in materia d. cap. quamuis pactum, pro iuramento non habetur.*
- 20 *Pro iurante non habetur in causa d. c. quamuis pactum, si cum esset paratus iurare, ipsi iuramentum sit remissum.*
- 21 *Pactum de non succedendo factum cum alio, & nõ cum ea de cuius successione agitur iuramento non confirmatur.*
- 22 *Filia renuncians successionem patris, matris, et fratris, respectu successionis matris, & fratris absentium non valet*
- 23 *Quemadmodum descendentes non possunt renunciare successionem ascendentium absque iuramento, ita neque ascendentes successionem descendentium.*
- 24 *Si lex loquatur in casu particulari, si ratio, que in ea penitur sit generalis res generalis dicitur*
- 25 *Transuersalis, successio nem transuersalium sine iuramento renunciare non potest.*
- 26 *Neque extraneus successionem extranei.*
- 27 *Pactum de succedendo factum inter patrem, & filiam iuramento nõ confirmatur, & assignatur ratio.*
- 28 *Successio, & de iure naturali debetur ascendētibus.*
- 29 *Traditur intellectus ad text. in l. i. S. si parens, ff. si quis à parente fuerit manumissus.*
- 30 *Ratificatio, ut noceat ratificanti, debet certus de eo quod ratificat in specie, et non sufficit si certus in genere.*
- 31 *Tacita scientia, vel præsumpta, in ratificatione non sufficit.*
- 33 *Quod ampliat, & si ratificatio, cum iuramento sit confirmata,*
- 34 *Actus nullus respectu ordinis substantialis, seu forme ratificari non potest.*

# Respons. Miscellanicum. 63

- 35 *Sententia cōtra formam iuris lata confirmatio-  
ne S. Pontificis non  
conualidatur.*
- 36 *In causa de qua agitur  
nullo modo consuetudo  
Neapolitana attendi-  
tur.*
- 37 *Pañum de non succedē-  
do appositam in capitu-  
lis matrimonialibus, de  
quibus agitur matri nō  
nocet.*
- 38 *Quod primo extenditur  
si esset factum pañum  
de non tota, sed de par-  
te hereditatis, et secun-  
dum opinionē aliquo-  
rum, & si de certa re  
tantum.*
- 39 *Pañum reciprocum in-  
ter coniuges de non suc-  
cedēdo, vel succedendo,  
non valet, & successivē  
iuramento non confir-  
matur.*
- 40 *Cōsuetudo, ut valeat pa-  
ñum de non succeden-  
do est irrationabilis, &  
corruptela dici debet.*
- 41 *Mulier de sedili huius  
Civitatis, prasumitur  
scire Consuetudinem  
Neapolitanam, qua di-  
citur la noua manera;  
ided ipsi nocet; mulieri  
verò extere, quoniam  
prasumitur, ipsā igno-  
rare non nocet.*
- 42 *Mulier renuncians, cum  
iuramento iuxta text.  
in d. c. quamvis pañum,  
si in specie non fuerit  
certiorata de eo quod  
renunciat, renunciatio  
ipsi non nocet.*
- 43 *Renunciatio de qua in  
capitulis, de quibus agi-  
tur, iuramento non cō-  
firmatur.*
- 44 *Approbens unum capi-  
tulum, non prohibetur  
contra alium venire.*
- 45 *Per actus subsequentes  
nunquā inducitur ra-  
tificatio, vel approbatio  
illius contractus praece-  
dentis, qui vel nullus  
est, vel impugnari po-  
test.*
- 46 *Explicatur quomodo in-  
telligatur illa propo-  
sio acceptans cōtractū,  
tenetur eum acceptare  
cum*

## 64 Io. Dominici Coscia

- cum omnibus suis qualitatibus.*
- 47 *Renunciatio facta in fauorem alicuius, ea deficiente renunciatio euanesceat.*
- 48 *Mater non potest renunciare successionem filij.*
- 49 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione, meracime, validum est.*
- 50 *Ponuntur requisita, quæ debeant interuenire ad hoc, ut tacita ratificatio noceat.*
- 51 *Explicatur quando expressa ratificatio noceat.*
- 52 *Ad hoc, ut expressa ratificatio noceat, debet fieri seruata eadem forma & solemnitate, qua confici debet actus ipsius ratificatus.*

## QVAESTIO IX.

Vtrum pacta dotalia, quoad successionem acquirendam vel amittendam, valeant.

**I**N anno 1630. inter Paulum Machariū, & Dominam Blancam Cambiasi fuit initum matrimonium, & capitula matrimonialia fuerunt celebrata cum ipso Paulo, & Francisco, & Bestiano Cãbiasi fratribus prædictæ mulieris absentis per viginta miliaria, quoniam capitula

fuerunt celebrata in terra Simari, & mulier ipsa in Terra Sacriani residebat, & inter alia in capitulis matrimonialibus fuit appositum pactum, ut si matrimonium per Blacæ mortem. superstitibus filijs, fuerit solutum, & ipsis in pupillari ætate decedentibus, Paulus ipse resti-

# Respons. Miscellanicum. 65

restituere habeat dotem ipsam promissoribus, & versa vice si decefferit Paulus superstite Blanca, & filijs in pupillari ætate decedentibus ipsa in nihilũ in bonis ipsius Pauli succedat, euenit, quod iam per mortem Pauli fuit solutum matrimoniũ, relicta filia, quæ iam ante annum suæ ætatis completum, deceffit, in dubiũ reuocatur, vtrum pactum prædictum in totum cum fratribus supradictæ mulieris, ipsa absente, & ignorante, supradictæ Blancæ nocere debeat, ne ex persona filiæ in bonis sui viri succedere habeat.

Et licet hæc non sit noua, sed antiqua, & præsertim inter nostrates Regniculos agitata quæstio, tamen vt veritas clarius apparere valeat, in fauorem ipsius Blancæ, nonnulla prius erunt supponenda.

Primò, licet sit controversia inter DD. quæ nã

sit ratio, quare pactum prædictum de non succedendo à lege sit reprobatum, vt constat ex ijs, quæ plena manu scripserunt, inter alios *Natta* in cap. *quamuis pactum* num. 88. de *pactis* in 6. & ibi *Couarr.* in 3. par. in princ. *Vasq.* de *successione creationum* lib. 2. S. 2. à num. 14. & in lib. 3. *controuersiarum* c. 44. nu. 3. *Anton. Gomef.* in l. *Tauri* 22. n. 1. et alij in l. *fin.* C. de *pactis*, Tamen illa est recepta ratio, quæ à I. C. ponitur in l. *final.* ff. de *suis*, & *legim. hæredibus*, nimirum, quia successio iuris publici est; igitur lex prohibet, ne pactis detur, vel immutetur, ne priuatorum cautiones, legũ authoritati noceant; verba legis prædictæ hæc sunt: *Pater in instrumento dotali comprehendit filiam ita dotem accepisse, ne quid aliud ex hereditate patris speraret. eam scripturam iam successio-*  
I nis,

# 66 Io. Dominici Coscia.

*nis, non mutasse constitit, priuatorum enim cautionem legem auctoritate non cenferi; in summa*  
 aperte defumitur, vt priuati paciscendo legem non faciant, aut potius leges mutare non possint, vt aduertit ibi *Godofred. in noua Glosa, defumitur ex l. hereditas C. de pactis conuenientis* hanc esse communem rationem testatur *Hartman Pistor in lib. 4. questionum iuris q. 5. n. 2. vers. relinquitur, igitur de communi etiam testatur Hieronym. V. l. ieu. in conf. 34. num. 145. vol. 3. vnde ex hac ratione defumitur per statutum, vel consuetudinem, induci posse pactum futurae successionis renunciatiuum valere, & si in eo nullum iuramentum interuenit, quoniam prohibitio ipsa iure ciuili introducta fuit  
 3 & contrario iure ciuili tolli potest §. sed naturalia institut. de iure naturali gent. & ciuile, cum*

concordantibus videmus enim hoc in hac Ciuitate Neapolitana, in Consuetudine Capuani, & Nidi, super qua consuluerunt *Peregr. in conf. 90. volum. 5. Pater Molfes. in conf. 14. & Praesides de Amato in conf. 86.*

4 Consuetudo enim ipsa est vera consuetudo, vt testatur *Afflic. Franc. de Aponte, & alij, quos adducit, & sequitur Fabius de Anna in conf. 92. nu. 3. volum. 2.*

5 Hinc est, quod nobiles Capuani, & Nidi, secundum Consuetudinem ipsam, in dubio videntur inire matrimoniū, vt aduertit *Anna ubi supra num. 5.* hoc idem disponitur in Saxoniam, vt refert *Hartman in d. quest. 5. num. 3.*

Et quod consuetudine huiusmodi pacta introduci possint firmant *Bal. in l. pactum dotale, ubi Alex. num. 3. Ias. num. 4. C. de collationib. Dec. in conf.*

# Respons. Miscellanicum. 67

*conf. 568. Riminald. iun. in consil. 164. num. 26. vol. 2. Hartman in d. q. 5. n. 3. Daut. in d. c. quamuis num. 80. & 136. & Celembez de renunciatione q. 2. nu. 30. Thesaur. qui concordantes adducit, in decis. 225. n. 12. Zastus in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. obligatio Mysinger. cent. 2. obseru. 22. Surd. in cons. 19. num. 56. Suar. in l. quoniam in priorib. ampliatione 10. num. 15. C. de inoff. testamēto Musculus Scheidouin. Borcolten, Abbauff, & alij, quos adducunt moderni addentes ad Seraphin de iuramenti priuileg. priu. 21. num. 2. de cōmune testatur Euerard. iunior, in cons. 25. num. 3. vol. 2.*

Assumptum desumitur ex cap. 1. de filijs natis ex matrimonio ad morgonaticam contracto, & ex c. filij si de feudo fuerit controuersia inter Dominum, & agnatos vassalli.

7 Secundò supponēdum erit Cōsuetudinem vnus loci, ad alium locum se extendere non posse *Ol. drad. in cons. 237. Alex. in cons. 6. vol. 5. Dec. in cons. 389. Socc. iun. n. 101. vol. 2. Crauett. in cons. 30. Cacher in decis. 100. in fine Artman in lib. 4. questionum iuris q. 3 nu. 33.* sic fuisse decisum in *Rota Romana* refert *Mascard. de probat. concl. 423. n. 14* ybi alios adducit, & *Affl. in cap. 1. num. 5. de filijs natis ad morgonaticam*, ita loquitur quarto nota ex *text.* ibi secundum vsus *Mediolani*, quod *Consuetudo*, de qua in hoc *text.* est *localis*, & ideo extra locum *Mediolani* non debet seruari, sed seruari ius commune, vt dicit *glos.* secundum intellectum *Ioan. in l. 2. C. que sit longa consuetudo.*

8 Rationem assignant supradicti patres, quoniam *consuetudo stricti iuris* est, & de loco, ad



# 68 Io. Dominici Coscia

locum, aut de persona, ad personam non extenditur.

9 Et cum consuetudo facti sit, probari debet *l. in Bello d. facta ff. de captiuis Bart. in l. de quib. in 4. q. ff. de legib. communiter DD. in cap. finali de consuetudine, Alex. & alij, quos adducit, & sequitur Hartman p. 4. q. 3. n. 32. Mascard. latissimè in d. conclus. 423. cum duobus seq. Episcopus Riccius in decis. 162. par. 2.*

10 Tertiò suppono, licet pacta dotalia, quoad dotem restituendam, vel lucranda sint valida, præsertim si in fauorem mulieris apponantur, vt in *tit. ff. de pactis dotalib. in quibus terminis loquitur Dec. in cons. 35. in addit. Fontanell. de pactis nuptialib. glos. 13. & in pluribus alijs locis; tamè pacta dotalia, quoad successionem acquirendam, vel amittendam, inualida sunt, *l. hereditas,**

*C. de pactis cõuentis l. fin. ff. de suis, & legitimis, heredit. l. pactum quod dotali, C. de pactis, l. cum ex eo C. de inutilib. stipulationib. l. cum donationis*

11 *C. de transactionib. in specie Zasius in l. stipulatio hoc modo concepta, num. 19. in 1. cap. magis in specie Vvmssebceh. in cons. 253. num. 6. & seq. volum. 6. Imò inspecta dispositione iuris ciuilibus, pactum de non succedendo, in capitulis matrimonialibus adiectum, iuramento non confirmari, *l. non dubium C. de legib. Glos. in d. l. pactum C. de collationib. l. qui superfluitis, ff. de acquirenda heredit. Zasius in d. l. stipulatio hoc modo concepta, c. 2. nu. 28. Hartman in q. 3. num. 3. vers. magna, in 4. par. communiter DD. in d. cap. quamuis pactum de pactis in 6.**

Et licet hodie hoc pactum iuratum, inspecta dispositione iuris cano-

nici



# Respons. Miscellanicum. 69

nici, valeat, *vt in d. cap. quamuis pactum*; tamen iuramentum prædictum realiter in pacto prædicto præstari debet, nimirum in forma solemni. Iuramentum enim in casu *d. c. quamuis*, & in renunciatione, de qua agitur pro forma requiritur, *Ioan. Borcolten de pactis cap. 5. num. 61. Abbaust in l. admonendi nu. 874. vers. primus est ff. de iure iurando Modestini. Pistor. in cons. 19. nu. 47. vol. 2. Daut in d. c. quãuis n. 22.*

12 alios adducunt addètes ad Seraphinum *de priuileg. iuramenti priuileg. 21. nu. 5. quibus addendi sunt Hartman in d. q. 6. nu. 3. Iacobus Thomingius in cons. 53. num. 11. & seq. volum. 1. & Federic. pusman in cons. 48 à nu. 209. vol. 1. vbi per hæc verba ait: Iuramentum de forma eiusdem pacti, de non succedendo esse censetur, & requisitum substantiale pacti, de non*

*succedendo iuramentum est, assumptum hac ratione confirmatur, solemnitates, & qualitates in cõstitutionibus requisitæ, prout est in d. cap. quãuis, vt renunciatio cum iuramento perficiatur, de forma, & substantia sunt, ita Dec. in cons. 10. num. 2. latè Tiraquell. de retractu lignagier. §. 36. glos. 2. nu. 24. Rolan. in cons. 33. n. 9 vol. 3. Menoch. in cõs. 591 nu. 3. Landerc. in cons. 8. num. 17. & in cons. 184. num. 10. concordantes adducit Aldoinus in cõs. 77. num. 18.*

Augetur ratio, quando per legem nouam aliter disponitur, quam fit de iure communi; prout est *in d. cap. quamuis pactum*, disponente contra ius ciuile, vt dixi, & inferius dicemus clarum est, dispositionem ipsam formam esse, & pro ea obseruandam, *Hyppol. in cons. 65. num. 14. Soccini junior in cons. 2. num. 7. vol. 2.*



- volu. 2. Rolan. in conf. 72. num. 61. volum. 3. vbi de communi testimoniū facit Lander. in d. conf. 184. num. 10. Scard. in conf. 1. num. 227. versic. & certum est, vbi plures adducit, & post ipsum Aldoin. vbi supra nu. 19.*
- 13 Ex hoc primo deducitur, quod dum iuramentum in casu *d. c. quamuis* pro forma requiratur, vt tale iuramentum realiter sit præstandum, vt dixi vt in simili videmus in casu *auth. Sacramenta Puberū, C. si aduersus vēditionem aduertit Thomingius in d. cōf. 53. n. 11. & seq.* & hoc est quoniā illud quod pro forma est
- 14 traditum per æquipollēs adimpleri non potest, *l. cum ij d. se prator ff. de transactionib. l. qui per salutem, ff. de iureiurando Glos. in clemen. 1. de vita, honestate clericorum, & in cap. 1. de vassallo, qui contra constitutionem latari, DD. in d. l. 1. & 2. ff. de vulgari, & pupill. substitut. & in l. 1. ff. de liberis, & posthumis, alios adducit Thomincius proximè allegatus, num. 12.*
- Secundò deducitur in casu *d. c. quamuis pactum* non sufficere si renuncians dicat sub periculo animæ meæ, sed est necessè solemniter iurare. *Innocent. & deinde Bald. in cap. & s. Christus n. 7. de iureiurando, Felin. in cap. fraternitatis de testib. num. 12. Lucas de Penna in l. 3. C. de venditione rerum Ciuitatis lib. 11. Alciat. in rubr. Decretaliū iureiurando n. 13. Hartman in d. q. 6. n. 13.*
- 16 Tertiò deducitur non sufficere aliquem verbo tenus iurasse, nisi alia solemnitas, quæ in iuramento interuenire solet, interueniat, quoniam quando actus sine iuramento est inualidus, vt in casu *d. c. quamuis pactum* illud solemniter, & in sua forma præstari debet, *Bart.*

# Respons. Miscellanicum 71

Bar. Bald. & alij communiter in d. *auth. Sacramēta Puberum*, *Cassaneus in cons. 7. num. 18.* & alij, quos adducit *Hartm. in q. 6. nu. 6. vers. quini mō*  
**17** in 4. p. Hinc dixit *Abb. in c. et si Christus num. 3. de iurerand.* ad iuramenti substantiam, non desiderari verbum iuro, sed necessarium esse, ut interponetur ipse Deus explicitè, vel implicitè. Iuramentum enim nihil aliud est, quam affirmatio, vel negatio Religiosa Deo teste facta, *Cicero in lib. 3. officiorum*, *Abb. in rub. de iureiurando*, *Thomius, ubi supra nu. 9.*  
**18** *Vnde text. in c. pen. de iureiurādo*, ait, aliud esse iusiurandum, & aliud promissio sub iuramento, *Thomius paulò antè allegatus, nu. 1. vbi concordantes adducit.*  
 Quarto deducitur, quòd dum in casu *d. cap. quamuis pactum*, iuramentum realiter sit præ-

stādū, ut fidei præstatio non sufficiat, & hoc est, quoniam præstatio fidei, pro iuramento nō habetur, ubi iuramentum de forma requiritur *cap. intestabile*, ubi addentes *de frigidis, et maleficiatis*, *Bald. in d. c. et si Christus nu. 8. Ias. in l. 3. S. iurari num. 1. ff. de iureiurando Modest. in d. consil. 19. num. 42. Daut in d. cap. quamuis pactum partic. 3. num. 25. Thomius, ubi supra addentes ad Seraphinum in d. priu. 21. n. 6. Hartman in d. q. 6. nu. 2. vers. eorum autem*, ubi hanc adducit considerationem, si fidei præstatio in casu *d. cap. quamuis* sufficeret, magnum sequeretur absurdum, nimirum, non solum iuris civilis corruptio, verum etiam, & iuris canonici iniuratio sequeretur; quoniam, ut diximus, pacta renunciatiua, etiam iurata ius civile improbant, & ius canonicum, in  
 tam.

## 72 Io. Dominici Coscia

tantum ius ciuile corrigi, in quantum realiter iuramentum sit præstitū, ad hoc, vt iuramenti religio salua sit, vt in d. cap. quamuis, legitur; igitur fidei præstatio, nõ sufficit, aliàs esset in potestate contrahentium, suis cautionibus iuri ciuili, quam canonico, derogare, vel addere, & fidei præstationem loco iuramenti substituere, quod lege nõ cõcedit, vt in d. l. fin. ff. de suis, & legitimis hæredibus.

20 Quintò deducitur, vt licet pro iurante habeatur, qui iurare tenetur, si ipsi iuramentum remissum fuerit, l. actori, vbi Glos. in verbo remicli C. de reb. creditis, l. nam & postea §. 1. & l. si non fuerit, ff. de iureiurando glos. in §. item si quis postulante, in verbo remicli, vbi Angel. & Ias. nu. 30. in §. de actionib. tamen in renunciatione successionis futuræ, si à renunciante

verè iureiurando, non fuerit confirmata; sed iuramentum remissum, pro iurante non habetur, & successiuè renūciatio nõ valet, Cynus in d. auth. Sacramenta puberum nu. 8. Ias. in d. §. item si quis, num. 32. & in l. remicli, num. 4. de iureiurando, Vasquez de successionem creationum, §. 18. n. 183. & hoc est, asserunt supradicti DD. quoniam iuramentum in tali renūciatione, est confirmatoriū renunciationis, & in eo iuramenti promissio, non habetur pro iuramento præstito, vt probant iura superius allegata, addentes ad Seraphinum in d. priuilegio. 21. n. 9.

21 Quartò supponendum, quòd licet pactum de nõ succedendo, iuramento confirmetur, vt in d. cap. quamuis, tamen hoc intelligitur, quando pactū prædictum, cum eo de cuius successionem tractatur, fuit initum, quia tunc

non

# Respons. Miscellanicum. 73

non dicitur esse contra publicam utilitatem, per quam pactum prædictum prohibetur, *vt in d. l. fin.* sed contra priuatam, *Bar. in d. l. si quis pro eo, in fine principij, ff. de fideiussorib. Abb. in cap. cum contingat, num. 30. & ibi Imola nu. 85. & Alciat. nu. 192. de iureiurando, & secus, si perficiatur de successione illius, de cuius in præsentem nõ agitur, ipso ignorante, vel sciente, & non consentiente, quia tunc iuramento nõ confirmatur *Bal. in conf. 423. vol. 1. Geminiqn. in d. c. quamuis, num. 13. & ibi Couar. in 3. par. principali, nu. 5. & 7. Dec. in d. l. pactum quod dotale, num. 9. in 6. fallentia, C. de collationib. Daus in d. cap. quamuis, num. 37. & num. 125. de cõmuni testatur Gabriel in tit. de iure dotium conclus. 1. num. 31. Alex. in d. l. stipulatio hoc modo cõcepta, num. 12. & ibi Iaf. num. 9. Zasius num. 311**

*Tiraquell. de primogenitura, q. 29. num. 9. Crass. in 5. successio ab intestato, q. 10. num. 6. Suarez in d. l. quoniam in prioribus limitatione 5. Baribolomeus Chilimbez de renũciatione q. 15. per totam Anchar. Guid. Papa, Cumanus, Calcaneus, Bertrand. & alij plures, quos adducit, & sequitur Alex. Trentacinq. in conf. 41. d. num. 2. par. 2.*

22 Hinc communiter receptum est, vt si filia renunciauit patri, non solũ successionem paternam, sed etiam maternam, & fraternam, & si renunciatio ista respectu patris valeat; tamen quoad successionem maternam, & fraternam, ipsis non consentientibus, non valet *DD. supra allegati, de cõmuni testatur Suar. in d. l. quoniam in prioribus limitatione 5. num. 3. Federic. Pusman plures adducens in dicto conf. 48. nu. 226, Hartman alios*

K ad-



# 74 Io. Dominici Coscia

du cens in d.g. 6. nu. 41.  
 23 Quintò suppono, vt quemadmodum descendentes, non possunt renunciare, successionem ascendentium, nisi iuramento interueniente, d.c. quãuis, ita ascendentes successionem descendentium, nimirum liberorum, *Glos. in l. si quando S. illud C. de inofficioso testamento, vbi Petrus de Bellapertica Butric. Cyn. Alber. Faber, Bal. Paul. et alij communiter, idem Cyn. in l. pactum, in finalib. verbis C. de collationib. Goffred. de libellis, in tit. de bonorum possession. contra tabulas, quæ datur patri, vers. septimo, Suar. in l. quoniam, in priorib. ampl. 16. num. 3. de communi testatur Gomes, in legib. Tauri l. 22. num. 3. vers. sed dico, quod prædicta opinio, de communi testatur etiam Ioann. Guttier. de iuramento p. 1. cap. 19. nu. 2. sic fuisse decisum testatur Tellus*

in legib. Tauri l. 6. nu. 64. et seq. de communi testatur etiam Molina de primogenitura lib. 2. cap. 3. num. 48. vbi Baldassar Gilmen in additionib. ad hoc allegat Patrem Molinam, & Patrem Sanchez, idem Sanchez, nouissimè in lib. 4. conciliorum moralium cap. 1. dubitat. 34. nu. 14. & 53.

Ad confirmationem huius receptæ sententiæ, hæc adducitur consideratio, ratio quæ in d.l. fin. ff. de suis, et legitimis hæredib. assignatur, & quam supra explicauimus, quare pactum futuræ successionis factum à descendentibus non valet, generalis est, & ita comprehendit ascendentes, sicut descendentes, igitur generalis dicitur dispositio, licet lex illa in casu particulari loquatur, nimirum in filia, quæ renunciat patris successionem; nam regula iuris est, vt quando lex est specialis, seu particularis

# Respons. Miscellanicum. 75

ticulis, ratio autem generalis lex generaliter est intelligenda *l. regulam*.  
*S. si quis, ubi Bar. ff. de iuris, et facti ignorātia. glos. in clem. 1. de elect. et in c. Porrecta de confirmat. utili, vel inutili.*

Imò & quod magis est, ista cōmunis opinio  
25 ampliatur ex ratione supra allegata, ut habeat locum in transuersalibus successioni transuersaliū renunciantibus, *Petrus de Bellapert. in d. 9. illud*, inquiring, *paētum de nō succedēdo, non solum est prohibitum ascendētib, et descendētib, sed etiam in collateralibus, & ipsū sequuntur omnes supra allegati, ut aduertit Anson. Gomes in d. n. 3.*

26 Secundò extenditur, etiam in quacunq; alia persona extranea, quæ alterius successioni renūciat, *Hartman in d. q. 6. n. 6. vers. quinimò.*

Tertiò ampliatur, etiā in pacto affirmatiuo de

succedendo, quod pater facere non potest, etiam cum iuramento, nā licet regulariter in eo suspitio voti captandæ mortis fi-  
27 lij cesset, *l. isti quidem in fine, ff. quod metus causa, cum cōcordantibus, propter quam rationem, pactum prædictum affirmatiuum est prohibitum, ut docent omnes in l. fin. C. de pactis*, tamen, ut dixi, pactum prædictum reprobat, ita *Bald. in d. l. fin. num. 5. Salic. num. 2. Paul. num. 5. Dec. num. 5. Purpur. à num. 23. Alciat. num. 27. Iacob de Sancto Georg. Alex. Iacob. Roman. Curt. sen. Corn. Cag. Vasquez. Bolognet. Pereg. Crass. & alij*, quos adducit *Sanchez in summa t. 2. lib. 7. cap. 2. num. 12. de communi testatur nouissimè Ioann. Daut in d. l. fin. num. 17. ubi alios tenet, vnde Bald. sibi contrarius in l. quamuis quest. final. C. de fideicom. qui tenet valere pactum,*

K 2 per

per quod ascendentes renūciant successioni descendendum communitate reprobatur. Et ad rationem ipsius, quàm mediante, ad hoc asserendū mouetur; Quoniam ascendentibus successio debetur de iure positio, descendentibus verò de iure naturali, idcirco difficilius renunciari potest, *l. scripto, ff. unde liberi, l. nam & si parentibus, ff. de inoff. test. l. iure succursu ff. de iure dotium.*

Respondemus primò, **28** Bald. assumptum falsum esse, sitque, etiam de iure naturali ad ascendentes descendendum successionem deberi, ut ipsemet Bald. fatetur in *cons. 503. vol. 5. & probatur in d. l. auth. de hered. & fal. cap. si pater, de test. in 6. l. hac parte, ff. unde cognati l. consil. at. ff. quorum bonorum.*

Et *text. quem Bald. in d. l. scripto, & in d. l. nam et si par tribus allegat, op-*

positum probat, quoniam dū *textus* ait, nam si turbato mortalitatis ordine non minus parētibz hæreditatem relinqui debere.

Secundò responderetur, dato, assumptum esse verum, tamen non per hoc valere debet renunciatio patris, & non filij, quoniam non propter istam rationem renunciatio prohibetur, sed propter finalem rationem, positam in *d. l. fin.* quæ & in omni successione, siuè coniunctorum, siuè extraneorū locum sibi vendicat, ut supra dixi.

Neque obstat secundo loco *text. in l. i. d. si parēs, ff. si quis à parent. fuer. manumiss.* & quod à nō-  
**29** nullis pro Bald. opinione adducitur, habetur ibi quod si pater acceperit à filio aliquid, ut ipsum emanciparet, repellitur postmodum ab eius successione. Nam respondemus, & primo, prout re-  
spon-

# Respons. Miscellanicum. 77

spondent cōmuniter Do-  
ctores; olim successio filij  
emancipati non erat de-  
bita patri, nisi ex pacto  
emancipando eum con-  
tracta fiducia, l. si ab eo  
C. de legitimis hered. l. fin.  
C. de emancip. liber. l. 4.  
S. fin. in ff. de leg. agn. succ.  
meritò contrariò pacto  
tolli poterat, arg. l. nihil  
tā naturale, ff. de reg. iur.  
sed hodie pater hæredi-  
tario iure succedit emā-  
cipato, & nulla est differē-  
tia emācipationis, & pa-  
trię potestatis, quoad suc-  
cessionem, S. nullā autē  
de heredibus ab intest.  
venient. Igitur tali suc-  
cessioni non potest renū-  
ciari, ita respondet glosa  
in d. S. si parens, commu-  
niter approbata, ut in-  
quit Gomes in d. l. 22.  
num. 3. verbo, nec obstat.

Secundò respondeo,  
quod idè in d. S. si pa-  
rens, valet renunciatio,  
quoniam ibi pater legiti-  
mam accepit in vita, idè  
futuram successionē re-

nunciare potuit, ita respō-  
det ibi Dynus, Bar. Alber.  
& alij communiter, & in  
d. S. illud, esse communē  
responsionē testatur Go-  
mes, ubi supra, versic. vel  
aliter.

Tertiò respondemus,  
ibi nō agi de renuncianda  
hæreditate viuentis; sed  
de emancipationis pre-  
mio, iuxta text. in l. fin. C.  
de emancipat. liberorum  
super quo si filius, in vi-  
uis satisfaciatur patri, &  
hoc ne iudicia sua vltima  
inquietarētur, nihil cause  
est, quia valeat huiusmo-  
di solutio debiti, ut in  
tit. fff. et C. de solutionib.  
præsertim favore vltimæ  
voluntatis, ne amplius im-  
pugnari possit d. l. i. S. π.  
ff. si quis à parente manu-  
missus, l. Papinianus, S. si  
quis mortis, ff. de inofficio-  
so testamento, at succes-  
sionibus viuentium, non  
eadem modo renunciari  
potest, l. qui superstitis, ff.  
de acq. hered. & improba-  
spes est, sperare viuentis  
hæ-



hæreditatem, l. donari, & quidã §. 1. de donat. Gloss. Alex. & alij, quos adducit *Vesembecb. in cõs. 253 num. 12. vol. 6.*

30 Sextò suppono, ratificationem non valere ab eo factam, qui nõ habuit notitiam claram, & in diuiduò omnium contentorum in renunciatio-  
ne, vel alio actu, quoniã in ratificatione requiritur scientia clara, & nitida, satis distinctè, & concludenter probata, *Gloss. in verbo plena in clementina causam de elect. Cornaz. in dec. 49. n. 20. Carolus de Crassis de except. except. 22. n. 29. vbi in nouif. impressione concordantes adducit Costa in tractatu de sciẽtia in speclione 63. num. 20. Caval. Natta, Gratianus, Tuscus, & alij plures, quos nouissimè adducit Don Franciscus Hieronymus Leo in decis. Valentij tom. 2. decis. 169. vbi ait, in illo Senatu sic fuisse decisũ,*

quibus sunt addēdi eruditissimus Ioannes Maria Nouarius in decis. 19. & Farinac. asserens, in Rota Romana sic fuisse decisum in 1. par. prima partis decis. 535. in recentioribus.

31 Quod primò extenditur, vt tacita scientia, vel præsumpta, contentorũ in renunciatio-  
ne non sufficiat, sed instrumentum omninò debet legi cum fratribus celebratũ *Grã. in cons. 47. num. 2. Vrsill. ad Afflictum decis. 249. num. 13. Ruin. & alij plures, quos adducit Leo vbi supra n. 13. Gerius Spina in cons. 16. à num. 88.*

32 Secundò extenditur, vt non sufficiat scientia actus in genere, atque confusa, sed requiritur scientia certa, specifica, atque distincta, & non solũ ipsius actus, sed omnium qualitatum, & circumstantiarũ ipsius actus, desumitur *ex glosa in c. concertationi, in verbo sciueris*

# Respons. Miscellanicum. 79

*uerit, de appellat. in 6. plures scribentes, quos adducit Tiraquell. de retractu consanguinitatis §. 36 gloss. 2. num. 3. Boer. in conf. 37. num. 24. Surd. in conf. 28. num. 118. & in conf. 82. n. 10. et sequenti, & conf. 262. nu. 70. Spin. in d. conf. 16. n. 89.*

Tertiò extenditur, si uè ratificatio sit expressa siuè tacita, *Glos. in d. ver. sciuerit*, & omnes in præcedenti allegati, tacita enim ratificatio, ad incognita nò extenditur, *Ruinus, Gramm. Godofred. Natta, Crauetta*, & plures alij, quos adducit, & sequitur *Don Francisc. Leo in responso posito post dec. 173. n. 107.*

Quartò extenditur, & si talis ratificatio sit confirmata iuramento, nam 33 adhuc requiritur scientia in ratificatione in specie, clara satis distinctè, & còcludenter probata, *Costa, ubi supra inspectio- ne 67. nu. final. Leo in d. dec. 179. n. 14.*

Quintò extenditur, vt actus nullus respectu or-  
34 dinis substantialis, aut formæ, non possit ratificari, *Bart. in l. obseruare in fine, ff. de officio procons. & hoc est, quod dixerunt Bald. & Salic. in l. mancipia C. de rebus alienis non aliè. ratificatio nè recòualidare actū, qñ peccat in ijs q̄ pèdēt ab animo ratificantis, & non quando à certa forma à lege introducta, sequitur Surd. omninò videndus in conf. 28. num. 122. et in conf. 183. num. 34. Leo in d. responso num. 188.* Ratio est, quoniam actus nullus ex potestate mea; non dependens à me ratificari non potest, nec nullitas suppleri, *arg. l. nemo potest, ff. de leg. 1. l. priuator. C. de iurisdict. omn. iud. Bar. in l. 1. C. qui pro sua iurisdict. Leo ubi supra num. 188.*

Extensio confirmari 35 potest, *ex tex. in cap. exam. de confir. utili, vel inutili, vbi sententia con-*

tra

## 80 Io. Dominici Coseia

tra iuris formam lata, nō conuallidatur, & si per Summum Pontificem, fuerit confirmata.

Sextò extenditur, vt non sufficiat scientia in genere, & certa de facto, sed requiritur scientia iuris, & facti, Bald. in l. mater, C. de reiuend. Gabriel in conf. 36. num. 59: vol. 1. & conf. 62. nu. 27. vol. 2. Farinac. in d. decis. 535. n. 12. in fin. Bardell. in conf. 15. à nu. 34. volum. 1.

His positis, ex suppositis, supra narratis, apertè defumitur de primo ad vltimum: pactum in capitulis matrimonialibus appositum, supradictæ Dominæ Blancę non nocere quin in bonis sui viri mediante persona suæ filię, iam in pupillari ætate defunctæ, succedere debeat.

A primo supposito incipiendo, apertè defumitur, quod in casu de quo agitur, sumus extra termi

36 nos consuetudinis huius Ciuitatis, & extra casum in quo consuluit *Profes de Amato in conf. 86. Pater Molfes. in d. conf. 14. & ante ipsos Peregr. in conf. 90. volum. 5.* Sumus tandem in meris terminis iuris communis, vt pactū, seu renunciatio futuræ successionis non valeat, vt abundè in ipso primo supposito probauimus p̄ plura iura, præsertim ex l. final. ff. de suis, & legit. hered. ex tex. l. 3. C. de collas.

37 Quæ propositio extēditur, primo, etiam si pactum de non succedendo sit factum, nō de tota hæreditate, sed de parte hæreditatis, l. si quando S. illud, vbi Doctores, C. de inofficios. test. Tbesaur. decis. 125. nu. 11. & Jeq. vbi inquit, non valere de

38 tota hæreditate, vel de quota hæreditatis, licet valeat de certis rebus particularibus, & in hoc vltimo suo assumpto in rebus

# Respons. Miscellanicum. 81

rebus particularibus nõ ab omnibus recipitur : multi enim sunt asserentes, pactum prædictum non valere, & si de successione rei particularis agatur, prout sunt *Siluanus in cons. 90. num. 3. Scrus. in cons. 124. inter cons. Ruini, Tiraquell. Alciat. Socc. iunior, Dec. Curt. iunior, Crauetta, Neviz. Berous, Purpur. Corn. Dilect. & alij*, quos adducit, & sequitur *Scrader. in cons. 19. nu. 20. volum. 1.* quibus adde *Hartman in quaest. 3. à nu. 9. par. 4.* alios adducentem.

39 Secundò extenditur, & si pactum prædictum inter coniuges sit reciprocum, *Doctores communiter in l. licet C. de pact.* qui sumunt argumentum ex illo *tex.* à contrario, in casu speciali *Bart. in cons. 212. par. 1. Dec. in d. l. pactum quod dotali, et in cons. 63. 203. 488. & 516. Scrader.* qui alios adducit *in d. cõs. 19. n. 17.*

*Hartman in d. quaest. 3. num. 26. Rosent. de feudis cap. 7. conclus. 25. Gabriel in tit. de pactis conclus. 1. nu. 1. Gaillus lib. 2. practicarum obseruation: obseru. 126. num. 7. Fab: de Anna in cõs. 52. vol. 1. & infiniti plures, & in summa contradictorem non inuenio, & hoc est, quoniam adhuc militat ratio prohibitionis posita *in d. l. final.* & à nobis supra explicata.*

Hinc dixit *Isernia in cap. 1. de filiis natis ex matre* <sup>40</sup> *trim. contracto &c.* talem consuetudinem esse irrationabilem, & vbi non est talis mos est corruptela, & successiuè non debet seruari; sicque concludit *Isernia*, quod vbi non est consuetudo, dato quod ibi sit vsus, hoc seruari non debere, quoniã corruptela est.

Et dato sine veri præiudicio consuetudinem ipsam in loco contracti matrimonij extare, tamẽ

L adhuc

adhuc non obstat supra-  
 dictæ Dominæ Blancæ,  
 quoniã *Molfes. & Ama-*  
 41 *tus supra allegati*, cõclu-  
 dunt, ideò pactum in eo-  
 rum casu appositum, vi-  
 gore Neapolitanæ Con-  
 suetudinis mulieri nocere,  
 quoniam mulier ipsa  
 erat Neapolitana, & de  
 sedili, & dispositionem  
 consuetudinis sciebat;  
 imò præsumitur, mulierẽ  
 de sedili secundũ con-  
 suetudinem prædictam,  
 matrimonium contrahe-  
 re, quod non est in casu  
 nostro; nam supradicta  
 Domina Blanca est Ge-  
 nuensis, & matrimonium  
 in partibus Calabriae cõ-  
 traxit; vnde ipsi consue-  
 tudo prædicta non nocet,  
 etiam si in partibus illis  
 consuetudo prædicta vi-  
 geret, & hoc ex doctri-  
 na Baldi in cap. 1. §. final.  
 de inuestitura de re alie-  
 na facta, quam doctrinã  
 singularem appellat Ia-  
 cobinus, Baldum sequens  
 in l. exigere num. 2. vers.

*quarto limita, ff. de iudi-*  
*tis*, inquit enim Bald.  
 quod si in patria mariti  
 disponat consuetudo, vt  
 primo moriente vxore,  
 maritus lucretur dotem,  
 sed non in patria vxoris,  
 quod in hoc attenditur  
 consuetudo domicilij  
 mariti, sed limitatur, in-  
 quit Bald. & deinde Ia-  
 tob. si interuenit error,  
 quia fortè bona mulier  
 ignorabat consuetudines  
 loci patriæ mariti, & con-  
 fisa iure communi contra-  
 xit, nam tunc ipsi mulieri  
 succurritur, nec consuetu-  
 do nocent mulieri, ad hoc  
 Bald. adducit textum in  
 l. regula ff. de iuris, & fa-  
 Eli ignorantia, & in l. cum  
 de indebito ff. de probat.

Extenditur tertio, & si  
 mulier cum iuramento  
 renunciauit, iuxta text. in  
 c. quamuis, de pactis in 6.  
 dummodò in specie non  
 sit certiorata de eo, quod  
 renunciat, vt ex pluribus  
 42 probat Pater Molfesius  
 in Consuetudines Neapo-  
 lita-

# Respons. Miscellanicum. 83

*litanas in tit. de renūciat.*

g. 11. ubi etiam concludit non valere consuetudinē contrarium disponētem ;

Tertiū supp. verificatur in casu de quò agitur, nimirum, pactum appositū in capitulis matrimonialibus dictorum coniugū, respectu restitutionis dotium, validum est, quoniā ibi probauimus pacta ip-

34 sa à lege approbantur ,  
*ut in tit. ffff. de pactis con-*  
*uentis ;* Sed pacta ibi ap-  
posita circa successiōē,  
nulla & inualida sunt , &  
ab ipsa muliere appro-  
bari minimē poterant,  
non solum tacitè, sed ne-  
que expressè ; pacta  
enim de succedendo, de  
iure canonico valent, si  
iuramento reali, & for-  
mali fuerit confirmata ,  
ut ibi probauimus, & nō  
valet consequentia, ratū  
habuit matrimonium ,  
igitur & pactum de non  
succedendo, cum ista sint  
diuersa, quoniam pactum  
circa dotis restitutionem

validum est, de succedē-  
do, vel non succedendo  
inualidum .

Vnde, approbans vnū  
capitulum , non prohi-  
betur contra alium veni-  
44 re, l. publ. §. fin. ubi Bart.  
ff. deposit. Roman. consil.  
346. num. 4. Crauet. in  
cons. 228. num. 2. & cons.  
203. num. 21. Borgogn. de  
tut. & cur. à num. 75. Leo  
in d. responso num. 201.  
vers. nec sequitur, & con-  
firmatio in dubio intelli-  
gitur, & trahitur ad id,  
quod est validum, & non  
ad illud, quod est contra-  
ius, & inualidum, In-  
nocent. Abbas, Busr. et alij  
in cap. dudum de decimis ;  
concordantes adducit  
Surd. cons. 183. num. 35.  
omninò videndus, Scrad.  
in cōf. 145. vol. 1. qui per  
hæc verba loquitur: *Et*  
*hoc vsque adeo verum*  
*est, ut nec ex actu quidem*  
*proximo presumatur ap-*  
*probata ratificatio; & idē*  
*descendēs renūciatio, Car.*  
*Fior. Tiraquell. in rep. l. §.*

L 2 un-

# 84 Io. Dominici Coscia

*vnquã in prefato n. 126.  
C. de reuocandis donat.*

Præterea quoque clari iuris est, quod per actus subsequentes numquam inducitur ratificatio, vel  
